

42 reculare non potest, ubi res integra sit, neque jus emptoris alias deterius efficiatur pro facti qualitate. *f*
 Si vero emptor, ut imminet non evitabilem evictionem impediatur, bona fide, ut venditoris, ac propriam meliorem efficiat conditionem, cum transactione concurrat, aliquam summam, vel speciem praestando, justum, ac rationabile est, ut venditor id ei reficiat; *m* Aliquis ad id ipsum emptorem obligantibus, ut scilicet ubi per hanc praevencionem impedire potest evictionem, ad eam non agat, quod tamen probabiliter non habet, nisi fraus, vel collusio accedat. *n*
 Alienorum autem, seu alius affectorum bonorum emptoris, quando à Domini vendicatione, vel à creditorum hypothecariis actionibus tuti sint foris disputare solet; Distinguendo autem aliena, quae à non domino vendita, per dominum vindicentur, ab iis, quae vendita per dominum hypothecis affecta sint; Juris regula domino vindicanti rem suam assilite etiam absque pretii restitutione, quamvis emptor in bona fide sit versatus, cum ea excuset à penis, quibus cum mala fide emens à non domino, subjacet, non tamen pretii repetitionem tribuit, nisi à proprio auctore; *o* Nisi à non domino, à quo desperata esset recuperatio, ut domini utile negotium geratur, atque charitatis officium exerceatur, facta sit redemptio, cum tunc domino vindicandi, refectionem ejus, quod erogatum est rectè obici posse aequitas suadeat. *p*
 Publicam vero nudinarum, seu portuum, vel emporiorum fidem, emptorem tutum reddere, vel saltem pretii bona fide erogari refectionem tribuere, quaedam non scripta æquitas frequentius moribus recepta docet, quamvis scripti juris rigor alter disponat, & alicubi servetur. *q*
 De altera vero publica fide judicialis haest, frequens est questio, an emptorem tutum reddat, ea vero sequentem casum hypothecam, non autem istam domini, ac vendicationis percipit, cum respectu domini non detur hac securitas, quamvis alias respectu creditorum daretur ut infra.
 Idemque receptum est in ea emptoris affectuatione, quam lex tribuit ementibus bona defuncti ab herede beneficiario, hereditario tamen titulo expressè vendente, ut ab ipsius defuncti hypothecis, ac oneribus afficeret, non autem ab alieno dominio, minisque à prioris domini hypothecis, & oneribus rei infixis; Quinimo una opinio credit, ut neque spectu hypothecarum ipsius defuncti omnimoda sit securitas, quoties facta aliorum bonorum excussione, subsidio locus aperitur. *r*
 Ementes autem ab hostibus, vel iis, qui jure legitimi belli aliena bona nacti sunt, quoties apud eos pernoctaverint, talisque naturæ sint, quod postliminio non redeant, tunc redduntur, cum declarationibus, de quibus in sua sede. *s*
 Majores igitur, ac frequentiores audit foris quaestiones ementium sub dicta judiciali haest publica fide; Ita vero ab eo jure offerendi, quod lex posterioribus creditoribus tribuit ita ementem tutum reddit, ubi actus nullitatis vicio non subiacet; Cadente quaestione, an eadem securitas competat ipsimet creditori, ad cujus instantiam venditio judiciali auctoritate sequatur, ubi impletur emat, atque probabilior est affirmativa, quoties fraus, vel simulatio aliter non suadeat. *t*
 Ille vero, qui ex privato contractu à debitore emit, vel in solutum recipit, quamvis pretium in antiquioris debiti dissolutionem erogatum sit, à dicto posteriorum creditorum jure offerendi tutus non redditur.
 Si autem ad posteriorum creditorum instantiam judicialis ad hastam publicam venditio sequatur, integrum est anterioribus eorum hypothecis contra emptorem ad ipsam rem venditam, eisque affectam prosequi, nisi contumacialis negligentia obster, eosque ad pretii prosequutionem contra posteriores cogat; Quod tamen certam, ac generalem determinationem non habet, sed pro locorum, ac ditionum, seu Tribunalium diversis legibus, ac stylis, eam diversam recipit. *u*
 Consensus autem nudum expressus, sed etiam tacitus, vel rati habitio creditoris, emptorem tutum reddit, quamvis de privata, & conventionali venditione agatur, talisque consensus ex receptione, vel petitione partis pretii resultare dicitur. *x*
 In Urbe vero ex peculiari lege ementes Baronum, ac Domicellorum bona ab eo Tribunali, quod sub Congregationis Baronum vocabulo explicatur, omnino tuti redduntur ab hypothecis, omnibusque vinculis, & oneribus,

etiam iis, quae dominium Auctoris possessoris non autem tertii redolent in pretium translatis; Quod etiam in conventionali venditione ex Pontificio chirographo ad instar dictæ legis concedi solet. *y*
 Eademque omnimoda libertas, ac securitas est eorum, qui cum legitima superioris auctoritate emunt officia venalia, & loca montium, seu jura cum Principe, vel Republica, cum non à privato venditor, sed ab ipso Principe sub fide publica emi dicantur. *z*
 Circa emptoris perionam disputationes cadere solent, quando unus alterius nomine emat, an veritas, vel simulatio attendenda sit, quod distinctionem recipit ab ipsorum bonorum natura, & qualitate; Si enim in differentia sunt, ac liberi commercii, veritas potius attenditur, quam quod simulatè conceptum sit; In iis autem, quae differentia sunt, atque commercii libertatem non habeant, ut sunt feuda, & officia, aliaque Regalia, simulatio prævalet, idem dicitur emptor, ac dominus, sub cujus nomine acquisitio cantat. *a*
 Si vero sibi ipsi acquirat de aliena pecunia, ipse est emptor, & dominus, nisi testatoris præceptum in eo, qui fideicommissio gravatus est aliud suadeat. *b*
 Ubi autem in ipso acquisitionis actu dicatur eam fieri pro persona nominanda; Tunc facta nominatione ille, qui nominatus est, censetur ab initio emptor, Alter vero instrumentum, vel organum, ideoque omnia onera, seu vincula per ita acquirentem injuncta, nominatione sequuta, evanescent; Quamvis aliquorum opinio fit inter necessarium, ac voluntarium nominationem distinguendum esse; Quaestio etiam cadente circi tempus, in quo hæc nominatio facienda sit, ut hunc effectum producat, quod ex facti circumstantiis fraudem includentibus, vel excludentibus determinationem recipit. *c*
 Circa rem vero in contractum deductam quaeri solet, an ad corpus, vel ad mensuram venditio facta sit, & quaerens juxta hanc speciem, infra quantum tempus mensura fieri debeat, peti valeat, quodque alias præscripto, vel præsumptio jam factæ resultat, quod pariter ex facti qualitate pendet, ideoque certam regulam generalem non admittit. *d*
 Item circa rem quaestiones cadunt, an fodinas, thesauri, lapides, aliaque abcondita, atque sub solo, seu superficie existentia sub isto contractu cadunt, atque regula est affirmativa aliquibus limitationibus subiecta. *e*
 Pacta item adici solita, disputandi non infrequentem occasionem præbent, illud præsertim commissorium, super cuius validitate, ob usuræ suspicionem dubitari solet, ac etiam quando ad exercitum deductum censetur, quod pariter à singularum casuum circumstantiis determinationem recipit ut in sua sede. *f*
 Plerique vero privilegiatis quamvis vendendi potestatem habentibus, actus perfectione non obstantè, competit facultas admittendi novas oblationes, seu additionem, quod, quando, & quomodo procedat, non de facili sub compendio est explicabile, utpotè à diversis facti circumstantiis pendens, ideoque in sua sede agitur. *g*
 Emptionis resolutio lequi solet, nedum ex infirmis causis juris offerendi, vel pacti commissorii, sive additionis; Verùm etiam ex pactis resolutivis, ac frequentius ex retractu conventionali, qui sub nomine juris redimendi, seu pacti de retrovendendo explicari solet; Istoque casu disputationes cadunt super hujus juris, vel pacti præscriptione, seu in integrum restitutione adversus præscriptionem, ac etiam super pretio, quod à redimere volente præstandum, seu offerendum est, atque probabilior est, ut illud præstari debeat, unde propterea intermedium augmentum, seu decrementum sit emptoris; Ac etiam, an istud pactum egeat eadem solemnitate, qua venditio. *h*
 Verum hæc species retractus, ac altera legalis, quæ ratione vicinitatis, vel sanguinis, aut consorcii, seu inquilinatus, vel census cum similibus, sub retractum, ac servitutum materia cadunt, Atque sub eadem agitur, an usus & habilitationis, vel usufructus servitus vendendi facultatem impediatur.
 Emptoris quoque obligationes ex causa pretii, vel ratione onerum, quibus res empti subiacet, tanquam causativæ, vel occasionales, ubi contractus absque ipsius culpa, vel facto voluntario effectum foreiri desinit, cessant, ac evanescent, ex regula cessantis effectus cessata causa; Nisi verè delegationis requisita accedant favore tertii. *i*
 Pleraque vero alia concernentia emptoris defensionem cum juribus eorum, qui cum pretio dimissi sunt, vel qui in contractu intervenierunt.

Sive

Sive circa venditoris potioritatem in concursu cum emptoris creditoribus, ubi venditio facta sit, habita fide de pretio, crediti, ac debiti, seu concursus creditorum materiam potius respiciunt. *j*
 Prout sub usufructu materia cadunt ea, quæ frequenter foris disputare solet super usufructu pretii non soluti pendente ex tempore, quo emptor re, & pretio fruatur, & quæ sub reoemptivo fructuum nomine explicari solent, sive partium conventio accedat, sive non, & de quibus in dicta usufructu sede. *m*
 Ad vitam quoque emptoris, vel aliquod determinatum tempus iste emptioni, & venditionis contractus fieri solet, adeo ut cessante vita, vel expirato termino, contractus evanescat; Isto autem casu sub iudice lis, an istum emptionis, & venditionis, vel potius locationis, & conductionis, aut innominatum contractum hæc species conventionis roleat, ad plures effectus, præsertim verò periculi in ipsa re contingenti, ac oneris refectionis, seu læsionis, an intret in vitalitatis, quod varias habet opiniones in sua sede recensitas; Ac etiam ad effectum retractus activi, & passivi, de quo pariter in præfata retractuum materia habetur. *n*
 Ubi verò agitur de venditione bonorum alienandi prohibitionem habentium, quam cum Principis dispensatione fieri contingat, ut frequentius fortitur in ea venditione, quæ facta bonorum Ecclesiarum, ac Apostolice beneplacito, seu eorum, quæ fideicommissis, vel majoratui subiecta sunt, cum fideicommissi derogatione, ac similibus, quaestiones cadunt super derogationi, vel beneplaciti vitio, seu mala executione, formaque non servata, sive emptoris sollicitudine in pretii erogatione, ac similibus, quæ hujus emptionis, & venditionis contractus peculiariter non sunt, sed cuiuscumque alienationis, etiam lætæ, ac impropræ, quæ per obligationem sequatur, congrunt, ideoque sub alienationum, & contractuum sede potius cadunt. *o*
 a hoc tit. disc. 4. cum seqq.
 b sub tit. de credito disc. 32. & 70. cum seqq.
 c sub tit. de alienat. & contract.
 d sub tit. de alienat. disc. 47. tit. de iurisdic. disc. 71.
 e sub tit. de feud. disc. 66.
 f hoc tit. 26. & 40. & sub tit. de credito disc. 70. & seqq.
 g sub tit. de feud. disc. 66. sub tit. de Regal. disc. 4. & 10.
 h hoc tit. disc. 2.
 i eodem disc. 2.
 l sub tit. de servit. disc. 65.
 m sub tit. de dote disc. 156. & sub tit. de alienat. & contract. disc. 40.
 n disc. 4. cum seqq. hoc tit.
 o eod. disc. 4. cum seqq. & disc. 15. usque hoc tit. & sub tit.

de Regal. disc. 125.
 p disc. 5. & seq. & sub tit. de Regal. disc. 117. & 125.
 q sub tit. de dote disc. 160.
 r eodem disc. 5. & seq. hoc tit. sub tit. de Regal. disc. 117. & 125.
 s hoc tit. disc. 27. & in aliis proximis.
 t de his omnibus disc. 24. & 25. 27. & 28.
 u dicto disc. 27.
 x dicto disc. 24. & seq.
 y dicto disc. 24. & seqq.
 z ibidem.
 a de his disc. 16. cum seqq. & sub tit. de feud. disc. 44.
 b sub tit. de penson. disc. 68. & 69.
 c disc. 26. hoc tit. & sub tit. de feud. disc. 32.
 d disc. 34. & seqq. & disc. 40.
 e disc. 9. & seq.
 f disc. 11. 17. & 18.
 g disc. 8.
 h dicto disc. 11.
 i hoc tit. disc. 19. & sub tit. de feud. disc. 44.
 l disc. 37.
 m disc. 19.
 n disc. 16.
 o disc. 42. & sub tit. de feud. disc. 58. & sub tit. de Regal. disc. 129.
 p dicto disc. 58. de feud. & disc. 129. de Regal. & sub tit. de usur. disc. 5.
 q locis proximè citatis.
 r hoc tit. disc. 41. & sub tit. de credito disc. 53. & 54.
 s dicto disc. 59. de feud.
 t hoc tit. disc. 31. & sub tit. de credito disc. 53. & 54.
 u locis proximè citatis.
 x tit. de credito disc. 34. & 35.
 y sub tit. de feud. disc. 73.
 z sub tit. de Regal. disc. 36. cum seq.
 a sub tit. de feud. disc. 7. & sub tit. de Regal. disc. 1.
 b sub tit. de fideicommiss. disc. 77.
 c hoc tit. disc. 29. & 30.
 d disc. 7.
 e disc. 44. hoc tit.
 f disc. 33.
 g sub tit. de Regal. disc. 81.
 h hoc tit. disc. 32. & sub tit. de servit. disc. 85. & 87.
 i hoc tit. disc. 23.
 l sub tit. de credito disc. 1. & seqq. & hoc tit. disc. 21. & 22.
 m sub tit. de usur. disc. 15. cum seq.
 n hoc tit. disc. 1. & sub tit. de servit. disc. 74. & sub tit. de donat. disc. 54.
 o sub tit. de alienat. & contract. disc. 1. & seqq. & sub tit. de fideic. disc. 160. & seqq.

Finis Partis Secundæ Libri Septimi.

JO: BAPTISTÆ
CARD. DE LUCA

Libri Septimi Pars Tertia,

DE ALIENATIONIBUS, ET CONTRACTIBUS
PROHIBITIS.

Discursus generalis ad materiam Alienationis bonorum Ecclesie.

SUMMARIUM.

- 1 **A**ntiqui Canoness penè inutiles hodie remanent ob Extravag. Ambitiõe.
- 2 Per dicitam extravagan. copulatim requiruntur ista causa necessitatis, vel evidentis utilitatis, & beneplacitum Apostolicum, quod supplet omnes alias solemnitates.
- 3 Nil refert adesse alias solemnitates, absque beneplacito Apostolico.
- 4 An Capituli consensus requiratur, si in beneplacito adesset clausula, vocatis vocandis.
- 5 Quid in alienatione bonorum, vel jurium Ecclesie Cathedralis, vel mensis Episcopalis.
- 6 Ad quid deserviant antiqui Canoness, & traditiones Canonistarum.
- 7 Beneplacitum Apostolicum non supplet causam.
- 8 Quod hec duo sufficiant, & necessaria sint causa, & beneplacitum Apostolicum.
- 9 Distinguitur materia in sex inspectiones.
- 10 Ecclesiarum majorum, vel minorum, ac Monasteriorum, & Conventuum bona sine dubio cadunt sub Extravag. Ambitiõe.
- 11 Quid de Hospitalibus, & Pius locis administrari solitis per laicos, & de Confraternitatibus laicorum.
- 12 Datur distinctio, an sint ecclesia auctoritate Superioris Ecclesiastici, necne.
- 13 Quid debeat esse ista ecclesia.
- 14 Etiam in locis pijs merè laicalibus auctoritas Superioris Ecclesiastici adhibetur, & quare.
- 15 Aliud est, locum esse pium, & aliud esse Ecclesiasticum.
- 16 De signis argumentibus locum esse Ecclesiasticum.
- 17 In bonis stabilibus soli, & pro veritate indubitata intrat prohibitio, sed eadem quoque viget in censibus, canonibus, lrevelis, & locis montium, eorumque diminutione, vel offractione.
- 18 Jurisdictione, preeminetia, & alia jura veniunt sub eadem prohibitione.
- 19 Pecunia reposita pro thesauro, seu peculio, etiam venit, & de alijs speciebus pecunie, & quomodo prohibitio intelligatur.
- 20 De pecunijs, que retinentur super montibus, &c.
- 21 Quid de mobilibus pretijs.
- 22 De declaratione circa istam prohibitionem mobilium.
- 23 Quid de annualibus distinguendo, an de grege, vel de singulis.
- 24 De eadem distinctione remissio circa subrogationem.
- 25 Et quando, etiam si sit grex, non veniat sub prohibitione.
- 26 Quid de insinone arborum.
- 27 Et de Molendinis cum distinctione.
- 28 De stabilibus modici valoris ad materiam cap. terrulas, remissio infra.
- 29 Vera alienatio indubitanter prohibita est, per quam dominium de facto ab alienante abdicatur, & in alium transferatur, puta, venditio, donatio, &c.
- 30 Quid de permutatione.

- 31 Item feudum, emphyteusis, concessio lreollaria, &c.
- 32 Item de locatione ad longum tempus, quod hodie est triennium.
- 33 Si locatio fiat ultra triennium, est nulla in totum, & Quid ubi fiat locatio de triennio in triennium, idemque de constitutione facta per Ecclesiam a privato, ut non obliget.
- 34 Quomodo computari debeat annus pro regulatione triennii.
- 35 De ratione, ob quam Casalia in Urbe locantur ad novennium.
- 36 Laicus creditor immisus in Salviano ad bona Ecclesie non locat ultra triennium.
- 37 Quomodo intelligi debeat, ut qualibet fructuum perceptio faciat unum annum.
- 38 Censui passivo imponi non possunt per Ecclesiam sine solemnitate, & causa, & an pro extinguendo alio censu jam imposito.
- 39 Imponitur census super bonis de novo quaestis, & quid super domo construenda, vel amplianda infra.
- 40 De hypothecca, an & quando veniat sub prohibetia alienatione.
- 41 In casu alienationis improprie, & dubie, licet actus sit nullus, non tamen incurritur in censuras, & penas.
- 42 Transactio, an & quando cadat sub hac prohibitione, referuntur plures opiniones, cum declarationibus regulæ affirmativa.
- 43 De compramisso.
- 44 Dismembrationes, divisiones, vel uniones subjectivæ Ecclesiarum veniunt sub prohibitione, quod declaratur.
- 45 Causa consistit in necessitate, vel evidenti utilitate, & qualis debeat esse utilitas.
- 46 Utilitas attendi debet, attenda tempore contractus non curate, quod postea sequatur.
- 47 Declaratur, nisi sit tempus calamitosum, vel alias accidentale.
- 48 Que circumstantie attendi debent pro regulanda utilitate.
- 49 De errore pragmaticorum applicandi doctrinas percutientes unum casum, cuiusque alteri, non ponderata diversitate.
- 50 Bona feudalia, & jurisdictionalia quomodo estimantur.
- 51 An & quando merita eius, in quem fit alienatio haberi debeant in consideratione.
- 52 De modo metiendi justam causam in alienatione jurium incorporalium.
- 53 De modo metiendi utilitatem in transactione.
- 54 In hac materia non attenditur alia surreptio circa beneplacitum Apostolicum, nisi illa, que concernat defectum cause, idè que concessum pro una persona suffragatur pro altera.
- 55 De materia surreptionis.
- 56 Beneplacitum Apostolicum potest precedere, & subsequi.
- 57 Atque attenditur solus finis justæ cause.
- 58 Retrahitur ad initium, & potest imperitari etiam post mortem alienantis.
- 59 Idem est non adesse Beneplacitum Apostolicum, ac adesse, sed malè exequutum.

- 60 Si malè exequutum est, non potest idem exequutor se ingerere.
- 61 Debet exequi vivente Papa, qui concessit, vel saltem presentari.
- 62 Servanda est forma in beneplacito prescripta, & quando dicitur prescripta forma, presertim de clausula, specificatis bonis.
- 63 De modo procedendi an judicialiter, vel extrajudicialiter.
- 64 Si sunt duo exequutores, invalidè unus procedit.
- 65 Invalidè procedit exequutor non presentatis literis.
- 66 Clausula, vocatis vocandis, facit exequutorem mixtum.
- 67 An per istam clausulam citari debeat ipse Prælati, qui alienat.
- 68 Sed debet citari promotor fiscalis in alienatione facta per Episcopum.
- 69 An & quando emptor teneatur esse sollicitus de versione pretii.
- 70 Non tenetur, ubi Papa in beneplacito cum eximit ab hoc onere.
- 71 Dummodò tamen dicti beneplaciti forma servetur.
- 72 Si dicta exemptio non adesset, intrat distinctio, an versio desiderata sit per viam modi, vel per viam conditionis.
- 73 Quando dicatur modus, vel conditio.
- 74 Ad quid deserviant, & operentur clausule, & verba.
- 75 Obligatio versionis restringitur ad primum investimentum.
- 76 De distinctione alienationis ex causa necessaria, vel voluntaria.
- 77 Non sufficit supplicatio signata in beneplacito Apostolico sine litteris.
- 78 Et quando sola supplicatio sufficiat.
- 79 Excludit autem penitentiam.
- 80 Cui incumbat onus justificandi causam necessitatis, vel evidentis utilitatis.
- 81 Non deservit assertio bonorum exequutoris, idè sententia est justificanda ex actis.
- 82 Nisi sit sententia antiqua junctam cum observantia.
- 83 Vel acta essent deperdita.
- 84 De Beneplacito Apostolico presumptio ex lapsu temporis juncto cum observantia, si que presumptio insinuat etiam in presumptionem cause.
- 85 Ab obster cumulum presumptionum.
- 86 An sit subducendum tempus vite Prælati alienantis.
- 87 Que requisita concurrere debent, ut intrat beneplacitum presumptum, & primo ut sit 30. annorum completorum.
- 88 Item ut concurrat observantia, & qualis esse debeat.
- 89 Debet item constare de titulo vero, & non sufficit presumptus.
- 90 Etiam concurrentibus omnibus requisitis est simplex presumptio, contraria probatione elidibilis, & quomodo consistat de contrario.
- 91 An contraria negatio probetur per diligentias in regestris Apostolicis.
- 92 Et quando ista probatio per dictas diligentias non sit practicabilis.
- 93 Excluditur presumptio si constat de actu laevo.
- 94 De Constitutione Urban. VIII. tollente beneplacitum presumptum.
- 95 Dicta Constitutio preservat centenariam.
- 96 Quomodo ista centenaria computari debeat.
- 97 Non procedit in iis, que deducta erant in iudicium.
- 98 Minusque ubi alienatio est in aliam Ecclesiam.
- 99 Alienatio sine causa, & solemnitate est ipso jure nulla.
- 100 Decretum irritans contentum in Extravag. Ambitiõe inficitur, & possessionem.
- 101 Datur Ecclesie reintegratio, vel manutentio, & quare potius manutentio.
- 102 Etiam ipsimet Prælati alienanti datur manutentio.
- 103 Quando dicta manutentio non intrat, sed datur possessori.
- 104 Procedit prohibitio, etiam in alienatione inter duas Ecclesias.
- 105 Veniunt etiam fructus restituendi.

- 106 Quid de fructibus, qui percipi poterunt.
- 107 Et quid, ubi jus sit dubium.
- 108 Et quid a fructibus restituendis sit deducendum.
- 109 Non veniunt fructus exacti ex consuetudine impo-sito.
- 110 Nullitas allegari potest per Ecclesiam volentem, non autem per alium contrahentem, & Ecclesia potest penitere.
- 111 Quid ubi Prælati alienans esserit habere facultatem.
- 112 Potest alter contrahens facere presigere terminum ad obtinendum beneplacitum.
- 113 Non datur dicta penitentia post obtentum beneplacitum licet non exequutum.
- 114 An post declaratam penitentiam, Ecclesia possit velle stare contractui.
- 115 De alienatione bonorum modici valoris, ad cap. terrulas, &c.
- 116 De requisitis, ut intrat dispositio dicti text in cap. terrulas, & in specie, quod Ordinarius non sit pars alienans.
- 117 Quando res dicatur modici valoris ad hunc effectum.
- 118 An & quando plura bona separata constituant unum predium.
- 119 Casus magne, & imminetis necessitatis non cadit sub prohibitione.
- 120 Item, ubi Ecclesia est incapax retinendi bona, ut sunt minores.
- 121 Vel si ad sit incapax ratione bonorum, que non possint esse penes Ecclesiam.
- 122 Non procedit prohibitio in bonis quaerendis, & Ecclesia non incorporatis.
- 123 Declaratur quando id procedat.
- 124 Et an ubi concurrat acquisitio inflammana.
- 126 Prohibitio non procedit, ubi est alienatio necessaria.
- 127 De alienatione facta occasione acquirendi bona.
- 128 Quid ubi bona data sunt Ecclesia cum hac facultate alienandi.
- 129 De privilegijs Ecclesiarum, Religionum hodie moderatis.
- 130 Res solita alienari, potest alienari sine solemnitate.
- 131 Dummodò non alteretur solum.
- 132 An in hac materia utilis per inutile vitietur.
- 133 Quod verius sit vitari.
- 134 Debet durare eadem causa, seu idem verum status.
- 135 Requiritur item utilitas Ecclesie de presenti.
- 136 Declaratur item, ubi bona sint incorporata Ecclesie, & quando dicatur facta incorporatio.
- 137 De alia alienatione circa diversitatem qualitatis personæ.
- 138 Dicuntur bona solita alienari per unam alienationem solemnem.
- 139 Vel per duas effectus sortitas per annos 40.
- 140 De alijs ad materiam remissio.
- 141 Non procedit prohibitio in fructibus, vel in commoditate.
- 142 Neque in transactione super decimis, & funeralibus.
- 143 Recognitio veritatis, & bonæ fidei non est alienatio, idè que fieri potest per Prælatum.

DISC. I.

Quamvis per Sacros Canones in tertio, & sexto libro Decretalium sub tit. de rebus Ecclesie non alien. ac etiam per quam plura Apostolica, & Conciliaria decreta, diversæ solemnitates in alienationibus bonorū Ecclesie prescripte sint, atque super eis adhibendis antiquiores Canonice, cū consuetudine scribentium varietate, nimium laboraverint; Postquam tamen desuper prodit Constitutio Pauli II. que incipit Ambitiõe, registrata inter Extravag. sub eodem tit. de rebus Ecclesie non alien. per quam prohibitum est dictas alienationes fieri sine Apostolico beneplacito, sub decreto annullativo, ac censuris, aliisque penis ibi contentis, inanis quodammodo remanere videtur dictorum Canonum, ac Decretorum dispositio, sive labor antiquiorum Canonistarum, quorum mentionem facit Fagnan. in cap. nulli. hoc tit. de rebus Ecclesie non alien. circa alias solemnitates, quoniam Apostolico beneplacito, ad præfatæ Extravagantis præscriptum accedente, aliæ solemnitates necessarie non sunt, adeò excepta causa, quam non supplet, ut infra, alias

alias omnes suppleat ex his, quae habentur apud Franch. decif. 163. num. 13. Rot. apud Duran. decif. 397. num. 8. & dec. 459. num. 4. dec. 260. m. 6. par. 4. recent. tom. 2. dec. 222. par. 7. & frequenter, cum sit conclusio hodie nimium recepta.

Et licet aliquorum sententia sit dictum beneplacitum Apostolicum desideratum esse, ad dictum solum effectum supplendi alias solemnitates de iure communi requisitas, ut ita cesset earum necessitas; Secus autem illis bene adhibitis, quasi quod alternativae, unum de duobus sufficiat; At tamen in Rota, & Curia, (quae in hac materia toti Orbi Catholicorum normam praebere videtur, ac debet) haec opinio rejecta est, cum dictum beneplacitum, in littera, vel ex recepto sensu dictae Extravag. exceptis aliquibus casibus limitatis, de quibus infra in ultima inspectioe, praesice necessarium sit, quamvis omnes alie solemnitates adhibeantur, ut habetur apud Rot. dec. 277. par. 4. rec. tom. 2. num. 4. cum sen. & in alii passim, cum hodie sit conclusio, de qua amplius non dubitatur, ac propterea usus recepit, ut dictae solemnitates, utpote insufficientes, vel non necessariae negligantur.

Quamque inter solemnitates a iure communi praescriptas, praecipua sit illa consensus Capituli; Crediderunt aliqui istam solemnitatem a dicto beneplacito Apostolico esse suppleri, sed necessarium esse; Verius tamen est contrarium, quamvis dictum beneplacitum contineat clausulam, vocatis vocandis, vel ser. fer. nisi idem Capitulum interessatum sit, iteodq; eius consensus intervenire debeat pro interesse, non autem pro solemnitate, Seraph. dec. 338. n. 3. & decif. 443. n. 4. & apud Duran. dec. 365. n. 13. & in aliis.

Solumque ex deductis apud Barbol. alleg. 95. n. 70. videtur hanc solemnitatem consensus Capituli requiri, ubi agatur de alienatione bonorum mensae Episcopalis ex auctoritate Rotae apud Seraph. dec. 443. n. 4. Quod tamen minus verum videtur, ut etiam receptus usus docet, dictaque decisio potius cotrarium innuit, quoties agatur de bonis mensae Episcopali, vel Praelati, atque bene verificetur causa utilitatis; Id enim recipiendum est, ubi agatur de alienatione, vel alio contractu, sub huius prohibitione alienationis genere cadente, in bonis, vel iuribus ipsius Ecclesiae Cathedralis contradistinctis a bonis mensae Episcopalis, ut frequenter contingit in iis, quae jurisdictionalia, vel praeminentialia concernunt, & tunc non pro solemnitate, sed pro integritate, seu constituta forma persona ipsius Ecclesiae, quam simul efformant Episcopus tanquam caput, & Capitulum tanquam reliquum corpus ex iis, quae occasione validitatis fententiarum, aliorumque actuum iudicialium, in praedictum iurium Ecclesiae, habentur praesertim in Tirafon. sub tit. de iurisdic. disc. 22. & in aliis eod. tit. sub tit. de beneficiis, occasione simultanea provisionis beneficiorum Cathedralis competentis Episcopo, & Capitulo, ac alibi.

Hinc proinde, dictae solemnitates a iure communi requisitae, sive quaestiones desuper a Canonistis disputatae, deservire solum hodie videntur pro illis alienationibus, & contractibus, qui sub praesata Extravag. dispositione non cadant, de quibus infra in dicta ultima inspectioe; Sive pro regulanda iusta causa necessitatis, vel evidentis utilitatis.

Absolutum etenim est, atque in foro extra controversiam receptum, ut (excepto casu, in quo Papa tanquam absolutus bonorum Ecclesiasticorum dominus, vel arbiter, aliis non disponat) beneplacitum Apostolicum, dictam causam necessitatis, vel evidentis utilitatis non supplet, quamvis cum expresse non desideret Gregor. dec. 113. n. 8. ubi Add. Cavaler. dec. 288. n. 6. Duran. dec. 250. num. 13. & passim; Quod tamen nimium rarum esse, cum communis, ac usitata formula id pro conditione praescribat, adeo ut litterae Apostolicae desuper expediri solent, per praedictos, vulgo, si in evidentem, appellentur.

Ideoque neglectis superfluis quaestionibus, vel evagationibus viro forensi nimium incongruis, de quibus apud modernos scribentes, vel collectores habetur; Firmum ac certum in foro principium est, in huiusmodi alienatione duo copulatively requiri, neque unum sine altero sufficere; Causam scilicet necessitatis, vel evidentis utilitatis; Et solemnitatem in dicto beneplacito Apostolico unice ex necessitate consistentem, alia vero concernunt perfectionem, seu validitatem actus in genere, etiam inter privatos non prohibitos, ac super bonis prophanis indifferenteribus.

His igitur ita praenotatis, sex in hac materia inspectioe cadunt; Primo scilicet super bonis, vel iuribus alienari

prohibitis, atque super dictae Extravag. dispositione cadentibus; Secundo super qualitate alienationis, vel contractus, an scilicet, & qui sub eadem prohibitione cadant; Tertio, si super causa necessitatis, vel evidentis utilitatis, quando scilicet adesse dicatur, & quomodo iustificari debeat; Quarto super beneplacito Apostolico, ejusque legitima executione, sive super eodem praesumpto, quoties expressum non habeatur; Quinto super effectibus exinde resultantibus, quando Extravagantis forma non adimpleatur, tam circa invaliditatem actus, quam circa jura, & remedia Ecclesiae pro eius reintegratione competentia; Et sexto demum super casibus exceptis, seu limitatis sub ejusdem Extravagantis dispositione non cadentibus, sed ad limites juris communis abque dicta Apostolice beneplaciti solemnitate regulandis; Vel etiam, ubi ex lege particulari, ultra dicta duo requisita, iustae causae, & Apostolice beneplaciti, alia etiam solemnitas requiratur.

Quatenus ergo pertinet ad primam, ea in duas alias inspectioes subdividitur, Unam scilicet circa qualitatem domini, & possessoris bonorum, an sub Ecclesiae, vel Ecclesiasticae loci nomine veniat, adeo ut sub ea Extravaganti cadat, necne; Et secundam (posita qualitate Ecclesiastica) super qualitate ipsorum bonorum, vel iurium, quae scilicet sint de prohibitis, & quae non.

Quoad primam inspectioem, certum est nullam cadere dubitationem, quoad bona Ecclesiarum, sive sint Cathedralis, & Metropolitanas, seu alias majores, ac etiam minores cuiuscumque qualitatis, ac etiam illa Monasteriorum, vel Conventuum tam virorum, quam mulierum, quae veram formam habeant Monasteriorum, vel Conventuum, in quibus vera professio regularis emittitur, eorumque membrorum, sive (nulla existente Ecclesia) sint Ecclesiastica beneficia secularia, vel regularia quomodocumque nuncupata, dummodo beneficiorum naturam, seu veram qualitatem habeant, cum extra omnem controversiam sit, ut ista cadant sub Extravag. dispositione.

Ideoque inspectio restringitur ad Hospitalia, aliaque pia loca per laicos administrata, in quibus pietatis opera exerceri solent, vel etiam ad laicorum Confraternitates, seu Oratoria, an scilicet eorum bona dicantur, necne Ecclesiastica, sub dicta Extravag. dispositione cadentia.

In hoc autem, quidquid aliqui variaverint, praesertim illi, qui laicalem potestatem, occasione jurisdictionis, vel competentiae fori in huiusmodi locis statuere curant; Vera, & recepta distinctio est, (quae tam huic alienationis materiae, quam praesatae alteri jurisdictionali ferre in omnibus, aliquibus exceptis, communis videtur,) ut inspicendum sit, an Confraternitas, seu Hospitalis, vel alter locus pius, formalem habet erectionem in locum Ecclesiasticum, cum ordinaria, vel Apostolica auctoritate, necne, ut in casu dictae erectionis, iure Ecclesiae, seu loci Ecclesiastici censeri debeat, fecus autem in casu converso, ut post collecta per Barbol. de Episcopo alleg. 75. per tot. n. 31. & 32. ac alios plena manu relatatos, ita distinguendo firmatur per Rotam dec. 313. n. 9. par. 10. rec. & dec. 248. par. 11. n. 19. & in Romana census 15. Aprilis 1652. Bichio, & in aliis.

Talique erectio in ea forma esse debet, ut redeat ita factam esse, ut locum Ecclesiasticum constituat, secus autem, ubi importaret simplicem approbationem Apostolicam, vel ordinariam ipsius loci, vel instituti, ad aliquos effectus pro facultate exercendi divina, vel spiritualia independentes a Parocho, ut frequenter concedi solet, praesertim Hospitalibus, ex deductis sub tit. de Parochiis disc. 23. & 37. ac etiam in Mediolanen. sub tit. de Regularibus, occasione domorum, in quibus viri, vel mulieres quamdam religiosum, & collegialem vitam ducant, an scilicet sit Monasterium, seu locus Ecclesiasticus, necne, de quo etiam sub tit. de iurisdic. disc. 45. ubi de conservatorio mulierum, & eodem tit. disc. 92. ubi de militibus, quae cum Apostolica auctoritate erectae sunt ad pietatis operum exercenda, cum plerisque etiam Ecclesiasticis institutis, an scilicet personae, & bona veram Ecclesiasticam qualitatem habeant, necne, tam ad effectum jurisdictionis Ecclesiasticae, ac exemptionis a iura laicali, & laicalibus Statutis, quam etiam ad effectum immunitatis ab oneribus laicalibus, sive istum prohibita alienationis.

Cum enim, ut ibi advertitur, huiusmodi congregationes, vel adunantiae, ad opera pia, vel divina prohibita sint abque Ecclesiastici Superioris auctoritate, ne ita illicita, & scandalosa conventicula sequantur, ut frequens experientia docuit; Sive expedit, Apostolicam praesertim auctoritatem

tem habere profacultate celebrandi divina, & spiritualia emolumenta obtinendi; Hinc proinde, non omnis licentia, seu concessio, vel approbatio formalem erectionem huiusmodi effectuum productivam importare dicitur, ut plerique acquiescendo male opinantur, quamvis in eadem licentia, seu concessione, Ordinarii, vel alterius Ecclesiastici Superioris visitatio, vel alia potestas reservata sit, cum id contineat expressionem eius, quod de iure inest, ob facultatem, quae locorum Ordinarii ex eorum ordinaria, vel Apostolica delegata auctoritate, tam de iure communi, quam ex Sac. Conc. Trid. & Apostolicis Constitutionibus competit; visitandi ipsa loca, sive assistendi redditioni rationum per administratores faciendam cum simulibus, de quibus pluries sub d. tit. de iurisdic.

Ut enim bene advertitur per Rotam in dictis decisionibus, ac etiam in locis supra allegatis; Aliud est locum esse spiritum, aliud vero esse Ecclesiasticum, ideoque stant bene finium esse piam, atque pietatis opera exercere, necnon visitationi, correctioni, & jurisdictioni Ordinarii, vel alterius Ecclesiastici Superioris in aliquibus subiacere; Et tamen non esse locum Ecclesiasticum ad istum praesertim effectum, ut ejus bona sub hac prohibitionem non cadant.

Ubi vero de fundatione, vel erectione non constat, adeo ut incertum sit, an locus, vel opus, unam vel alteram speciem redeat, recurrendum est ad signa, quae ceteris relatis habentur apud Gabr. de pia causa concl. 1. & 2. Barbola de Episcopo dicta alleg. 75. & in supra allegatis Rota decisionibus, an scilicet habeat Ecclesiam cum campanis, aliiisque signis, potissimum vero, ac praere omnibus interpreti deferendum est, cui tanquam in omnibus optime interpreti deferendum est.

Posita vero qualitate Ecclesiastica, adeo ut non dubitetur, ut bonorum dominus, & possessor dictae Extravagantis dispositionis subiacet; Quatenus pertinet ad qualitatem bonorum, vel iurium sub ejusdem Extravagantis dispositione cadentium; Quoad bona stabilia per veritatem, id est soli, ut sunt praedia rustica, vel urbana, nullam cadit ratio dubitandi, quae apud antiquiores vigeat solus in stabilibus per legis fictionem, tertiam speciem potius verum constituentibus, & quae pro stabilibus habentur, ut sunt census activi per Ecclesiam possessi, sive sint consignativi, sive reservativi, aut livelli, vel canones, & similes annuae perpetuae praestantiones, ac etiam jura cum Principe, vel Republica, quae in Urbe, & frequentius per Italiam loca montium dicuntur; nam receptum est ea quoque venire, tam quoad omnimodam alienationem, quam reductionem, vulgo sbaflationem, ut apud Seraphin. dec. 1228. Ricc. dec. 134. par. 1. de Marin. resol. 6. n. 10. lib. 1. Rota dec. 95. n. 7. post Merlin. de dignor. Veneta pretii 13. Novembris 1602. coram Pamphilio: Nisi quoad loca montium lex erectionis huiusmodi locorum montium pro commercii facilitate alter statuat, ut frequentior praxis docet; Et consequenter si census est irremobilis, ut contingit in reservativo, voluntaria facultas astruenda est species alienationis prohibita; ut in Bononi. in vestiturario 24. Aprilis 1661. coram Bevilacqua, Mediolanen. bonorum 21. Junii 1661. coram Cerro, & in aliis.

Jura quoque incorporalia, jurisdictionem, vel praeminentiam, aliudque jus honorificum concernentia sub hac prohibitionem veniunt, quamvis in aliam Ecclesiam, seu locum, vel Praelatum Ecclesiasticum alienatio fiat, ut ceteris relatis apud Orthob. dec. 159. & dec. 220. edita in Aceren. Vicaria, de qua sub tit. de iurisdic. disc. 24. ubi enunciat altera decisio coram Bichio; Et de iuribus merè honorificis, seu praeminentialibus, distinguendo an inter ejusdem Ecclesiae personas, vel inter plures Ecclesias, sive etiam inter ejusdem corpora distincta advertitur in Collen. sub tit. de Canonis, & dignitatibus, disc. 30. & alibi pluries.

Collocatur etiam inter bona prohibita, quandoque pecunia, quamvis de sui natura sit de illis rebus, quae servando servari non possunt, ubi scilicet destinata sit conservationi perpetuae ad usum eram, sive illius peculii, quod apud antiquos in usu erat, pro Ecclesiae decore, & ex estimatioe conservanda, ut (e. gr.) sunt illi milliones, qui per Sixtum V. pro Ecclesiae Romanae peculio, seu praesidio repositi fuerunt, & conservantur in arce Sancti Angeli; Verum in Ecclesiis inferioribus, idealis videtur esse casus, ideoque solum verificabilis, in ea pecunia, quae proveniens ab alienatione voluntaria, sive necessaria, stabiliam vel censuum, aut locorum montium, sive in ea, quae data, vel relicta est, cum onere perpetuo missarum, vel pro alia fundatione, ideoque destinata est emptio bonorum stabiliam, atque interitum sui custodia tanquam inalienabilis retinetur, ut

Card. de Luca L. VII.

supponi videtur in dicta Veneta pretii, seu nullitatis contractus 13. Novembris 1602. coram Pamphilio, quae circumfertur tanquam magistralis.

Quamvis in hac bonorum specie prohibitio, (ut frequenter praesertim in Regularibus contingit) operativa videatur quoad poenas ipsi Praelatis, ac Recltoribus, vel administratoribus a dicta Extravag. aliique Constitutionibus, & decretis comminatas, secus autem quoad tertios, in quibus dicta pecunia detur pro ere alieno distulendo, sive pro victualium emptioe, aut alio usuali commercio citra collusionem, ac fraudem positivam, quoniam cum pecunia de sui natura sit de rebus, quae servando servari non possunt, atque functionem recipiat in genere, hinc proinde non de facili dari potest quoad tertium haec distinctio, an sit usualis vel in emptioe stabiliam destinata. Et quatenus etiam aliqua huius qualitatis scientia daretur, adhuc tamen tertius opinari potest, ut Praelatus, vel administrator facultatem desuper habeat utendi hac pecunia pro occurrentibus necessitatibus, cum animo, & obligatione supplendi, vel subrogandi aequivalentiam de redditibus, vel aliis effectibus, qui dictis usibus destinati promptam pecuniam non suppetant; ut frequenter firmi expertus, quando in annis penuriosis, seu alias calamitosi, vel qui tales timentur, oportet, ut formidatam calamitatem occurratur, aliquas facere provisiones, dum desuper per Sac. Congregationem, vel alios Superiores, haec facultas concedi solet; Et quatenus non adfit, tunc urgentia, seu imminetia, aut alia iusta causa considerabilis videtur ad dictum effectum excusandi Rectorem, vel Administratorem a culpa, & penis, non autem quoad tertium, nisi fraus, & collusio positiva accedat.

Et quamvis apud antiquiores exemplificari solet in pecunia, quae retineatur in montibus alioquin Republicae, frequentius autem in illis Venetiarum, & Florentiae, ut apud Panlum de Castro in 1. si tibi quis, S. Cum servus, ff. de legat. 1. ubi Alex. Jas. & alii, de bonis sub tit. de Regal. disc. 36. At tamen hodiernis temporibus, ista species sub nomine locorum montium, vel iurium cum Principe, vel Republica, iuxta frequentiore usum, vel sub specie censuum consignativorum, sive annuorum reddituum recensenda videtur; Quamvis etiam hodie in plerisque Civitatibus in usu sit quod aliquae aedes sacrae accipiant pecunias abque formalitate census, & correspondentis quaedam fructum, quod an fieri possit, non est praesentis inspectionis.

In mobilibus pretiosis, quae pro Ecclesiae cultu, seu decore; perpetuae conservationi destinatae sunt, illius utpote solidae materiae, dicta conservatio congruit, ut sunt, vasa aurea, argentea, vel aenea; seu alterius materiae, ita & taliter, quod eadem ratio congruat, unde dicendum venit; Quod etiam auleis, aliiisque mobilibus ferici, vel firmilibus pro facti qualitate congruere videtur, ex deductis apud Barbol. dicta alleg. 95. m. 30. ubi concordantur: Et conferunt quae habentur pluries sub tit. de servitutibus ad materiam usufructus, super ea distinctione mobilium, quae servando servari non possunt, ac aliorum, quae perpetuae, vel longevae durationi apta sunt, quamvis ex longevo usu, ac tempore edaci, quod omnia consumit, inveterescant, ac minuantur, sive etiam omnino atterantur ex longo tempore decursu, ac etiam sub tit. de fideicommissis, super praesumpta consumptione.

Verum, & in istis, pro facti qualitate, eadem distinctio intrare videtur, de qua supra occasione pecuniae, quae firmo peculio, vel emptioe stabiliam destinata est inter ipsum Praelatum, vel administratorem alienante, & tertium, in quem, citra collusionem, ac fraudem, seu malam fidem positivam, alienatio fiat, & praesertim in vasis auri, & argenti, quae fictilia sunt, ideoque functionem in genere recipiunt, seu alias in usuali commercio sunt, cum tertius bona fide credere possit, ut id per Praelatum, seu administratorem agatur, ut vasa renoventur, atque in meliorem, & moderniore formam reducantur, ut in calicibus, & pixidibus, atque crucibus, & candelabris, aliiisque similibus auri, & argenti vasis communis, ac frequens praxis docet, unde propterea ista est quaestio potius facti, quam juris, pro facti qualitate prudenti arbitrio decidenda, cum etiam conclusa dicta credulitate, quod pro renovatione id fiat, frequenter impropria alienatio iure pignoris in Ecclesia urgentis sequi solet, ideoque pactus est, an facti circumstantiae in tertio, bonam, vel malam fidem redeat.

Quovero ad se morientia; Quamvis DD. verè, ac iuridice adhaerent distinctionem inter animalia singularia, & ea, quae gregem, seu universitatem constituunt, sive pars fundorum, ac bonorum stabiliam tanquam corpus instrumenta

O 3 dicit

dici possint ex iis, quæ pteris relatis deducta habentur apud modernum collectorem Barbofam de Episcopo dista alleg. 95. num. 37. & seqq. At tamen quoad tertios, in quos alienationes fiunt, eadem distinctiones intrare videntur inter ipsum Prælatum, vel administratorem alienantem quoad ejus culpam, ac penam, & tertios, in quos alienatio fiat, ubi hæc de singularibus animalibus sequitur, ob eandem rationem supra ponderatam. Secus autem, ubi de ipso corpore, seu universitate, cum tunc dicta ratio usualis commercii non intret, atque tertius advertere debeat, an in Prælato, vel alio administratore legitima facultas accedat, necne, juxta eam distinctionem, de qua ad materiam Text. in leg. cum tabernam, ff. de pignor. habetur sub tit. de credito, super puncto, an hypotheca contra tertium sit exercibilis in mercibus, & animalibus.

Quoties tamen agatur de eo grege, qui veram universitatem constituendo, perpetuæ conservationi sit aptus, ob renovationem, quæ mediante subrogatione novorum capitulum in locum deficientium ex factibus datur, juxta distinctionem, quam in dicta ususfructus materia etiam habemus; Nil enim refert, quod animalia in magno numero sint, adeo ut gregem constituent, si hanc aptitudinem non habeant, ut contingit in gregibus porcorum, qui macello destinati sunt, sive bovum aratoriorum, cum similibus.

In arboribus quoque prædiorum Ecclesiæ, cadit quandoque prohibitio, ubi non agatur de sylvis cædis, quæ incisioni destinatae sunt, quia in ea consistit fructus, sed conservatio earum fructu consistente in eo, quod singulis annis ab eis producitur, ut sunt herbe, glandes, castaneæ, & similes; Verum, & in hac specie eadem distinctio pro facti qualitate intrare videtur inter Prælatum, vel administratorem vendentem arbores, seu eorum incisionem demandantem, & tertium cui alienatio fiat, quoniam plures dantur casus, in quibus etiam in sylvis non cædis aliquarum arborum incisio licita sit, ut aliæ melius crescant, & proficiant, ut vulgò dicitur, ad rare faciendum, cum densitas, quæ ab excrecentia resultat, præjudicialis esse solet piscibus, & fructibus, sive quod ob eorumdem pascurum usum aliquam incisionem pastoribus, & custodibus animalium permittere oporteat, vel congruat, juxta ea, quæ in hoc proposito incisionis arborum in sylvis Ecclesiæ habentur apud Lotter. de benef. lib. 3. quæst. 25. n. 26. & seqq. & in Vennina, seu Melphien. sub tit. de jurisdict. disc. 81.

In molendinis etiam DD. disputare solent, sed quæstio verè cadit solum in iis, quæ loco mobilium potius, quam stabilium de communi usu habentur, ut sunt ea Molendina lignea, quæ in ipsomet flumine, ad instar navium existunt, ut in Urbe cernimus; Secus autem in iis, quæ in solo adinstar domorū constructa sunt, quamvis alicui devastationi, vel deteriorationi ob magnas, ac insolitas inundationes fluminis subjacent, id enim pro majori, vel minori periculo valorem alterat, non tamen bonorum qualitatem, seu naturam corrumpit, adeo ut cum verè soli stabilia sint, mobilium loco haberi debeant, ut aliqui equivocando, & namque speciem cum alter confundendo, malè opinantur, attendendo pro consueto pragmatico abusu auctoritates, ac doctrinas in sola littera, aliud non distinguendo, vel ratiocinando, contenti, quod auctoritas de molendinis loquatur, ut pluries in praxi sum expertus.

De stabilibus verò, ac aliis sub hac prohibitione cadentibus, quæ ob exiguum valorem ab ea exempta sint, juxta terminos text. in cap. regular. 12. q. 2. habetur infra in ultima inspectione super casibus exceptis, seu limitatis.

Secunda principalis supradicta inspectio est super specie, seu qualitate alienationum, vel contractuum, qui sub hac alienatione cadant, necne; Atque in iis, quæ de jure sub verè, ac propriè alienationis vocabulo veniunt, ut sunt venditio, datio in solutum, (quæ venditionis speciem in omnibus habet) donatio, & similes actus, per quos dominium pleno jure, ac omnino ab alienante abdicatur, ac transferitur in eum, in quem alienatio fiat, extra controversiam est, sub hac prohibitionem venire, quæ permutationem quoque comprehendit, ut clarè disponit Text. in cap. nullis, de reb. Eccles. non alien. ibique communiter scribentes, de quibus Fagnan. in eod. cap. nullis, Rot. apud Gregor. dec. 113. dec. 157. nu. 4. par. 3. recent. Præcedit solum dubietas in ea permutatione, quæ cum Principe, vel Republica fiat, ex deductis infra in ultima inspectione inter limitationes, seu casus exceptos.

Verùm ubi dicta omnimoda alienatio perpetua totius, ac pleni domini non fiat, sed illa, vel perpetuò, vel ad longum tempus sequatur in parte, puta, domini utilis, dire-

cto retento, ut contingit in concessionibus in feudum, vel emphyteusim, seu livellum in perpetuum, sive ad certas generationes, & ultra triennium, idem dicendum est.

Idemque in locationibus, quoties illæ sint ad longum tempus, cum tunc quædam domini utilis species in conductorem transferri videatur, seu aliquid jus considerabile in re conductori acquiri; Cadente solum in terminis antiquorum canonum quæstione, super dictæ qualitatibus verificatione, quando scilicet dicatur locatio ad longum tempus, necne, super quo variæ habentur opiniones; Aliis volentibus juxta regulam Feudistarum, talem dici eam locationem, quæ sit ultra decennium, non autem infra, Aliis verò diversum tempus majus, vel respectivè minus attendentibus; Et aliis id remittentibus Judicis arbitrio pro bonorum, ac regionum qualitate, & moribus, ut sub tit. de locato, quandoque insinuat; Istam verò quæstionem subsultè eadem Pauli II. Constitutio registrata in dicta Extrav. Ambitiosæ, cum qua in hac materia vivimus, dum per eam triennii tempus prescriptum est, ultra quod quælibet concessio, vel locatio, vel feudi, aut emphyteusis, seu alio vocabulo, invalida reputatur, atque illicita alienatio declaratur, unde propterea antiquorum labores, & quæstiones ita hodie in foro inanes remanent, scholæ, & academiis pro ingeniorum exercitio solum adaptabiles.

Adeoque locatio, vel similis contractus, ultra dictum triennale tempus prohibitus est, ut rejecta contraria sententia, volente actum vitari in excessu, firmum autem remanere in tempore licito. In Rota, & Curia magis recepta, hodieque plana fit opinio, ut utile per inutile vitetur, ideoque corrumpat actus in totum, etiam pro ipso triennio, juxta decisiones, & auctoritates, de quibus in Bujanen. sub tit. de locato disc. 22. ubi examinator quæstio, in qua locatio ad triennium vel pacto, ut eo finito, pro alio triennio facta censetur, & sic successivè, adeo ut tor dicantur locationes, quot funt triennia; Et quidam alii equivocando involvant, omnino vera videtur distinctio ibi tradita, quod aut dictum pactum renovationis esse necessarium ab initio, adeo ut locatio, pro secundo, vel ulteriori triennio, præcisè deriveat à primo contractu, & tunc sit verus, actum cadere sub prohibitione, atque in totum corrumpere; Aut continuatio pendet ab omnino libera utriusque contrahentis voluntate, solumque de illa conventum sit in casu perseverantiæ, seu voluntatis in contrarium non declaratæ, & tunc secus, quoniam isto casu fingitur verè omnino novum contractum ex integro celebrari per viam novæ voluntatis, & conventionis illa mediante silentio explicatæ, ex ibi latius deductis; Idemque in casu converso conditionis, quam à non prohibito Ecclesia faciat, ut ibidem Rot. dec. 375. n. 6. par. 5. rec. & dec. 181. n. 19. & seqq. n. 10.

Hinc proinde in hac locationis, vel consimilis concessionis materia, foris illas quæstiones tantum audire videtur, quæ cadunt super dicti triennalis temporis regulatione pro diversa bonorum natura, seu qualitate, cum non in omnibus prædiis, ac bonis, præsertim rusticis, cursus solaris annuum constituat, sed quælibet integra fructuum perceptio pro uno anno reputetur, adnot. in leg. item quæritur, §. Qui impleto, ff. locat. ex cumulat. dec. 219. n. 7. p. 10. recent. cum aliis, de quibus sub tit. de dote disc. 160. ubi de hac materia regulatio annorum pro repartitione fructuum, & à quibus dotalibus terminis, eandem regulam desumpserunt Beneficialitæ, ut advertitur in sua materia sub tit. de beneficiis, & sub altero de pensionibus.

Et in specie advertitur per Rotam dicta dec. 219. nu. 7. par. 10. recent. ex hoc resultaret, quod usui recepti in Urbe, ejusque adjacentibus locis, quod ea prædia rustica, quæ casalia nuncupantur, ad novennium licitè vel ipso locationis contractu veniunt; Id enim non provenit ex particulari consuetudine; ut aliqua seniorum simplicitas parabat, sed ex dicta ratione, quod cum ista prædia diversimodè singulis annis coli soleant, neque interger uniformis fructus percipiatur, nisi expleto triennio, eoque peræquato, hinc proinde quodlibet triennium pro uno anno habetur, & consequenter novennium, triennale tempus constituitur dicitur, & sic successivè; Idemque terminus triennii in locatione bonorum Ecclesiæ non solum à Prælato, vel administratore servari debet, sed etiam à laico creditore, qui in Salviano, vel alio remedio ipsa bona detinet, ut sibi satisfiat de fructibus, ut advertitur sub tit. de locato disc. 38.

Quod autem dicitur de trina fructuum perceptione integra discretè, ac pro facti, & bonorum qualitate recipiendum est, non autem ita indefinitè, cum legi frus desuper fieri valeat, seu cessare possit finis, ob quem prohibitio indulta est; Siqui-

Siquidem in sylvis cædis quodlibet decennale, vel triennale, aut majus tempus incisionis pro ipsius sylvæ qualitate destinatum, de jure pro uno anno reputatur, & tamen absonum videtur, ut licita dicenda sit locatio ad 60. vel 90. annos, cum qua resultare valeat illud usurpationis inconveniens, ob quod locatio ad adeò breve tempus triennii restricta sit.

Ubi verò de magis lata, & impropria alienatione agatur, quia nempe ipsius rei dominium, ac possessio de facto ab Ecclesia non abdicentur, neque in alterum transferantur, sed actus fiat, per quem ipsi Ecclesiæ, vel ejus bonis onus adiciatur, vel alteri jus tribuatur, quod ipsa bona afficiat, ipsiusque rei substantiam feriat, ut contingit in servitutibus prædialibus, vel mixtis; Receptum pariter est hanc speciem sub dicta prohibitione cadere, dum extra controversiam hodie receptum est, consignati census impositionem super Ecclesiæ bonis prohibitam sapere alienationem, ut dec. 27. & 28. 36. & 37. post Cenc. de cens. Romana Cens. 15. Aprilis 1652. coram Bichio, & sæpius, & conferunt, quæ habentur infra disc. 27. ut censu, veniat sub Statuto Urbis 113. Licet enim census ex veriori sententia rei censitæ dominium non impertat, minujusque jus verè reale, sed solum quædam magis specialem hypothecam tribuat, ex deductis per Cenc. de cens. quæst. 23. & in sua materia sub tit. de cens. & sub tit. de Regal. disc. 92. attamen, quia ipsa rem specialiter afficit, receptum est, prohibitam alienationem continere; Cadente quæstione, ubi census imponatur pro extinctione alterius census, de quo Salgad. in labyr. par. 3. cap. 17. num. 46. & seqq. Durad. de cens. §. 1. q. 19. n. 40. & alii.

Nisi census reservati, vel consignati assumptione, occasionalis, vel causativa esset, quia nempe bona census gravata acquirantur, vel pro preti non solum imponatur super ipsamet rem in ipsum actu, non autem super aliis Ecclesiæ bonis, juxta plene deducta per Retam apud Ros. dec. 205. & 261. & admittitur in dicta Romana Cens. 15. Aprilis 1652. coram Bichio.

In hypotheca verò, post Scribentes, eadem Rota variavit; Siquidem apud Rosas dec. 161. 205. & 230. indefinitè credit hæc speciem alienationis non cadere prohibitionem, ubi potissimum occasione acquirenti alia bona, seu alias ex legitima causa contracta sit; Discussio tamen deinde puncto prius in plena Signatura Gratiæ, ad quam recurrit habuit Pars victa, & postea in Rota reposita causa coram eodem Rosas, dictæ decisiones moderate, seu declaratæ fuerunt, ut dicta conclusio procedat in hypotheca generali, vel etiam specialiter pro solo exercitio super fructibus non autem quod ex exerceri possit in proprietate per subhabitationem, vel aliud remedium, dum ita resultaret inconveniens, quod indirectè fieret id, quod directè prohibitum est, ut in dicta dec. 261. quæ reputatur in materia magistralis pluries canonizata, præsertim in dicta Romana cens. 15. Aprilis 1652. coram Bichio, edita in causa, de qua infra disc. 7. Et de hypotheca plura deducit Fagnan. in dict. cap. nulli hoc n. 25. & seqq.

Est bene verum, quod ubi de hujusmodi improprie, ac remotis alienationibus agitur, itaut non deveniatur ad actum facti, abdicationis scilicet domini, & possessionis bonorum ab Ecclesia de facto, sive quod alter fiat actus notoriè prohibitus, & inexcusabilis, actus quidem erit nullus; non tamen fiet in locis censuris, ac penis, ut in fra in quinta inspectione super effectibus ex hac prohibita alienatione resultantibus.

Super transactione autem, quæ fiat in bonis, vel juribus sub lite existentibus, nimis variantur scribentes; Alii quibus generaliter opinantibus, ut quoties collusiva, & malæ fidei non sit, per quam prohibita alienatio sub hoc affectato vocabulo veletur, dici non debeat alienatio prohibita, utpotè sapiens speciem rei judicatæ, sive prudentis allocationis partis; ne amittatur totum per incertam aleam eventus litis, juxta ea, quæ habentur sub tit. de fidei commissis, ac sub altero de feudis, & de emphyteusi, & alibi super articulo, an & quando alienari prohibitus, transigere valeat, adeo ut obliget etiam successores.

Alii verò distinctionem adhibent, an bona, super quibus transigitur essent penes Ecclesiam, quæ partem colligantimit dimittat, ut tunc dicatur alienatio prohibita, secus autem si non possideat, unde propterea potius acquirat, ut tunc sub prohibitionem cadat, quasi quod cesset ratio prohibitionis.

Indefinitè autem, his opinionibus reprobatis, in Rota, & Curia, recepta est opinio simpliciter affirmativa, super com-

prehensione transactionis sub hac prohibitionem, quoties fiat super bonis, vel juribus alienari prohibitis, quæ in toto, vel in parte remittantur, non curato, an possessio de facto sit penes Ecclesiam, vel penes aliam Partem, ut cæteris relatis apud Coccin. dec. 301. n. 1. dec. 270. par. 4. recent. n. 7. dec. 518. n. 6. & 7. apud Posth. de manut. cum concord. relatis, per Adden. ad Gregor. dec. 218. n. 17. & ad Buratt. dec. 690. Orthob. dec. 159. & 220. ex quibus patet idem procedere, quamvis super juribus indoporalibus inter duas Ecclesias, vel duo corpora Ecclesiastica fieret.

Nisi Ecclesia, omnia controversia bona, vel jura alienari prohibita obtinendo, per transactionem, aliquid colligantimit præstet in pecunia, vel aliis rebus alienari non prohibitis, sive etiam debitum contrahat cum eodem transigente, vel cum alio, solvendum cum fructibus, ita & taliter, quod bonorum substantia in proprietate non tangatur, ut apud Rosas dec. 364. num. 11. & 12. & in aliis per Adden. ad Buratt. dec. 690. litt. B.

Limitationem tamen dicta conclusio recipiente, ubi ageretur de transactione super decimis, vel aliis juribus Parochialibus ex iis, quæ habentur infra in ultima inspectione super limitationibus.

Voluntarium item compromissum cum transactione fraternizatur, atque species prohibite alienationis dicitur, ubi fiat super bonis, & juribus alienari prohibitis, secus autem, ubi sit necessarium ex necessitate inducta ab ea lege, quæ Ecclesiam obliget ex iis, quæ cæteris relatis habentur apud Cavaler. dec. 327. num. 4. apud Celsi. dec. 200. num. 8. & in aliis ibi relatis, & conferunt, quæ habentur sub tit. de feud. disc. 49. super quæstione, quam tractent Feudistæ, præsertim Regnicolæ, an in causis feudalibus voluntarium compromissum sine assensu fieri valeat.

Actus quoque judiciales, vel extrajudiciales, qui à solo Prælato, vel Superiore, absque aliqua specie contractus fiunt, sub hac prohibitionem veniunt, quoties bonorum, vel jurium Ecclesiæ alienatio, vel diminutio sequatur, ut est dismembratio Ecclesiæ, vel partis populi, seu territorii, sive unio subjectiva, aut divisiva, & similes, ex iis, quæ plene aliis relatis habentur apud Orthob. dec. 6. dec. 224. p. 20. rec. dec. 320. par. 12. & sub tit. de Parochiis disc. 35. ac etiam sub tit. de beneficiis, ad materiam unionis, & alibi.

Verùm ista species alienationis non subjacet simpliciter, ac indefinitè dispositioni d. Extravag. Ambitiosæ, super præcisa necessitate copulativi interventus justæ causæ, & solemnitatis beneplaciti Apostolici, sed solum urget necessitates primi requisiti super iusta causa necessitatis, vel evidentis utilitatis, aliunde tamen, ac extrinsecus justificanda, non autem per solam assertionem ipsius Prælati, quoniam prohibitus facere, est etiam prohibitus confiteri; alii quoque requisiti desideratis, potius tamen pro interesse, quam pro solemnitate, puta consensu Rectorum, & Parochianorum, cum aliis, de quibus in proxime supra allegatis decisionibus.

Tertia superius distinctio principalis inspectio, est super causa, quæ in hujusmodi alienationibus desideratur, & sine qua, ut dictum est, solemnitas beneplaciti Apostolici nihil prodest, cum absque dubio istud causam non suppleat; illaque consistit, ut in necessitate, vel in evidenti utilitate ut ad litteram in eadem Extravag. disponitur, ac passim habetur in omnibus supra allegatis, cum sit principium absolutum, Unde propterea quæstio facti potius, quam juris esse dicitur, quando scilicet adesse dicatur necessitas, quæ præcedat ad id cogat, adeo ut non sit alias consultum, atque non consultendo majus damnum resultare possit; Frequentiores autem forentes quæstiones sunt super utilitate, ex cuius causa praxis docet hujusmodi alienationes fieri; Debet enim esse utilitas certa, non autem incerta, & adeo Ecclesia plus percipiat alienando, quam retinendo, unde non sufficit, quod non sit in damno, nisi lucrum percipiat, ex deductis dec. 241. n. 25. dec. 261. n. 14. dec. 284. n. 1. & dec. 319. nu. 1. par. 4. rec. tom. 2. dec. 94. 243. & 252. par. 7. dec. 275. p. 10. & in aliis, & quotidie, cum nil frequentius; Adeo ut in hac materia alienationis bonorum Ecclesiæ ad lætionem regulandam non intrent termini, Text. in l. 2. C. de rescind. vendit. & in cap. 2. & 3. de empt. & vendit. an lætio fit ultra, vel infra dimidium, quoniam in voluntariis alienationibus, eo ipso quod Ecclesia non est in lucro, dicitur esse in damno.

Eadem utilitas tamen regulari debet attempto tempore contractus, quando cum adesse sufficit, non curato, an super veniens accidentaliter rerum mutatio damnum causet, dum poterat etiam causare lucrum, ut d. dec. 319. nu. 10. & seqq. par. 4.

par. 4. rec. tom. 2. decis. 129. n. 18. & seqq. dec. 243. nu. 15. & 252. num. 16. par. 7. Duran. decis. 397. num. 13. & seqq. & frequenter; Ita tamen quod tempus, in quo contractus fiat, sit solitum, & naturale, probabiliter ita duraturam, non autem accidentale, quia nempe, ob divini, vel humani belli causa mitatas, seu ob alia accidentia, rerum valor, vel fructuum quantitas diminutionem habuerit, subit verò fructuum pro gressu temporis ad priorem non calamitosam, seu accidentialem statum res possit redire; cum tempore a calamitosa, vel accidentalia, tam in hac materia alienationis, quam pro regulando valore, aliique effectibus, attendi non debeat, ut apud Mantice. decis. 101. nu. 4. Seraph. decis. 1073. n. 4. & 5. d. decis. 129. n. 10. par. 7. rec. & in aliis frequenter, & conferunt, quae habentur in Assisens. oblationum sub tit. de praesentibus disc. 11. ac etiam sub tit. de emphyt. pluribus in proposito antiquarum alienationum, vel concessionum factarum in Urbe de tempore proximè eius excludit.

Ad regulandam item dictam utilitatem, pro iudicis prudenti arbitrio habenda est ratio de partibus favorabilibus, vel respectivè praedictis circumstantiis, valorem augmentibus, vel respectivè minuentibus, adeo ut verè in hac materia non detur certa, & determinata juris generalis, sed tanquam in quaestione potius facti, quam juris, decisio pendeat ab ipsius facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis; Puta, quod concessionarius pro aliquo minori pretio, vel redditi rem obtingat intuitu solutionis summæ, ex cuius erogatione in investimentum fructiferum, seu in extinctionem eris alieni fructiferi contracti, vel quod alias contrahere oporteat, ita reseruet utilitas; Vel quod concessionarius in se assumat omnes casus fortuitos, quod pro qualitate bonorum, vel regionum, seu temporum, sit nimium considerabile; Aut quod promittat notabilia facere melioramenta non rescindenda, sed reversura, cum similibus; Habita quoque ratione, an concessio sit ad breve, vel longum tempus, juxta decis. 101. Mantice nu. 1. & advertitur sub tit. de locat. disc. 23. Ac etiam pro idoneitate, & securitate personæ, juxta ea, quæ in supra allegatis decisionibus, ac frequenter in aliis habentur, quarum plures in hac materia videntur primo aspectu contrariæ, talesque ab ignaro vulgo reputantur, sed malè cum diversæ potius sint, pro singulorum casuum diversâ qualitate, ob quam eadem circumstantiæ individuales, quæ in uno casu sufficientur ad utilitatem concludendam, in altero iudicè reputantur minus justæ, quæ sic unius, vel alterius facti qualitates exigat, justæ, quæ circa pondus, vel efficaciam conjecturarum, vel praesumptionum pluries habentur sub tit. de fideicom. & alibi, cum reverè posita ineptia sit, Pragmaticorum tamen, & Collehorum frequens, ex decisionibus, vel auctoritatibus aliquid in uno casu firmantibus, generalem desumere regulam, vel conclusionem cuiusque casui applicabilem, cum oporteat debitam combinationem facere, ad effectum congruæ applicationis, in qua totum consistit, habendo etiam respectum ad qualitatem bonorum, an sint magis, vel minus qualificata, sive annexam habeant jurisdictionem, necne, pro locorum tamen, vel regionum qualitate, ac moribus, non autem ab una regione ad aliam arguendo.

Ut cum aliquo æquivoco processum esse videtur apud Merlino. decis. 702. repet. decis. 94. par. 7. rec. nu. 56. & seqq. Cum enim in Statu Ecclesiastico bona jurisdictionalia assignentur ad duo, vel duo cum dimidio pro centenariis, ut dictum fuit utique à temporibus Seraphini disc. 1030. hinc in supra Messanen. feudis, disputata in Rota coram Merlino in supra allegata decisione, ponderando quod ageretur de feudo jurisdictionali ad regulandam Ecclesiæ lesionem, seu deficientem utilitatem, dictum fuit, quod valeret duplo magis, quam valeret bona allodialia; Sed hoc argumentum non bene procedit, quoniam in Statu Ecclesiastico, bona sunt allodialia ad liberam dispositionem, ac transactionem in quosqueque extraneos, atque ob eorum penuriam productam à Bulla Pii V. de non infeudandis, vel ob copiam pecuniæ investienda per novas Domos, quæ in die exaltantur, id provenit; Illæ autem rationes non congruunt feudis aliarum ditiorum, in quarum plerisque illa minus æstimantur, quam allodialia privata, adeo ut feudalitas minuatur de valore, ex iis, quæ habentur sub tit. de feud. disc. 19. Igitur erroneum est, ex iis, quæ dicuntur in una specie bonorum unius provincie, vel regionis, arguere ad reliqua omnia, seu generalem regulam statuere, juxta maledictum, ac semper declamandum modernum pragmaticum abulum, quoniam regulandum est ad illius casus

controverfi individualis circumstantias, & an eis ponderatis, congruant ea, quæ in diverso casu statuta sunt.

Ad utilitatem, vel respectivè lesionem regulandam, ponderari quoque solent merita ejus, in quem fit alienatio, vel concessio, quasi quod benemeritis fit pars pretii, ejusque diminutionem aliquam competentem, ex deductis per Redo. an. hoc trad. de reb. Eccles. non alien. q. 22. n. 23. & seqq. Verum ista consideratio per Rotam neglecta fuit in Gerunden. coram Merlino inter suas decis. 756. 764. & 775i repet. decis. 243. & 252. per. 7. rec. ubi de quadam concessione facta nostro Fontanelle pro minori pretio in recompensam ejus meritorum refundantium à munere Advocationis, quod pro Ecclesia impenderat, dum præcisè merita non probabantur, ita & taliter, quod non ex simplici ratione congruentia, vel antidotali obligatione, sed ex debito justitiæ producente efficacem obligationem, illud præmium exigere, in juxta distinctionem, de qua sub tit. de feudis disc. 94. & in sua materia sub tit. de donat. quoniam aliud est considerare donationem remuneratioram inter prohibitos, & aliud inter non prohibitos, Atque aliud est ad effectum reddendi donationem aequaliter casualivam, & ne dici possit omnino conveniens à liberalitate, seu profusione, quod de sui natura perditionem importat; Aliud verò, ut congruenter termino donationis in solo vocabulo, in effectu sit potius contractus onerosus, seu correctivus, ut inter oblationem evictions, vel cesset necessitas insinuationis aliarum quoque solemnitarum, cum similibus.

Quando autem utilitas non consistit commodo burfali, sed in re intellectuali, puta jurisdictionali, vel præminentiali, juxta casum, de quo in dicta Assisens. oblationum sub tit. de praesentibus disc. 11. & alterum, de quo sub tit. de jurisdict. disc. 24. cum similibus, tunc metienda est utilitas diverso modo, ut circa utilitatem salutis animarum, vel cultus divini, aliorumque spiritualium advenit in supra allegatis decisionibus 224. par. 10. & 320. par. 12. rec. cum aliis per Lotter. de benef. lib. 1. quest. 28. & sub tit. de Parochis disc. 35. ac pluries sub tit. de benef. in genere, in proposito subiectæ unionis, vel divisionis, seu dismembrationis Ecclesiarum.

Atque ubi agitur de alienatione facta per viam transactionis, procedendum est cum iis regulis, de quibus transactio habetur sub tit. de fideicom. disc. 173. cum seqq. & sub tit. de feud. disc. 49. & de emphyteus. disc. 52. ac etiam sub tit. de emptione, & venditione, estimando scilicet probabiliter eventum litis, ab istius majori, vel minori dubietate, ita conciliando, an prudens, ac laudabile consilium fuerit ad eam transactionem devenire pro majori utilitate resultantem, tam ab exemptione dispendiorum litis, quam ab assuetudine illius partis, quæ periculo amissionis quoque, iubebat, ideoque tanquam in quaestione facti, certa regula desuper tradi non potest, sed à facti qualitate pendet.

Circa quartam inspectionem super altero essentiali requisito beneficii Apostolici, quod cum iusta causa copulativè necessarium est, ut supra, illa in plures alias subdividitur; Primo scilicet circa ejusdem beneficii validitatem, vel subreptionem, aliamque invaliditatem, adeo ut vitium sit in ipsius gratiæ substantia; Secundo circa ejus bonam, vel malam executionem, ejusque formam bene, vel malè servatam; Et tertio circa ejusdem solemnitate præsumptionem à diuturna observantia resultantem, quando antiquus possessor bonorum, vel jurium, quæ alias Ecclesiæ fuerunt, de alienationis validitate docere cogitur non habens expressum beneficiatum Apostolicum, unde propterea ad præsumptum confugere cogatur.

Quatenus pertinet ad primum, non habetur in hac materia certa, & determinata regula, ideoque procedendum venit cum iis, quæ generaliter habemus in materia assensus domini in alienatione rei feudalis, vel emphyteuticæ, sive in materia derogationis fideicommissi, ac facultatis à Supremo Principe, vel altero ad id potestatem habente, pro alienandis bonis fideicommissi, vel majoratus cum similibus; Cùmque materia subreptionis, & obreptionis dicatur arbitraria, ut potè pendens à facti circumstantiis arguentibus intentionis verisimilem defectum, necne, ut frequenter malè probentur, in hac subreptionis materia habemus, idcirco certa generalis regula tradi non potest, sed totum pro iudicis arbitrio ex singulorum casuum particularibus circumstantiis regulandum est.

Illud autem in hac materia peculiare videtur, ut solum inspicatur, an adfit per Papam præsupposita evidēs Ecclesiæ utilitas, sine qua concedi nõ foret hujusmodi beneficiatum, (quod proinde in forma si in evidenti vulgò dicitur) ea enim

enim accedente non curatur de aliis, quæ expressa, vel respectivè tacita, ut apud Mantice. decis. 101. nu. 5. Seraph. decis. 443. num. 1. cum aliis decis. 319. nu. 4. & seqq. par. 4. rec. tom. 2. & d. decis. 94. nu. 61. & 74. cum seqq. par. 7. rec. & alibi pluries; Ideoque concessum pro una persona, suffragatur pro altera, quoniam Papa non considerat personas, seu utilitatem Ecclesiæ, Rot. decis. 228. num. 11. par. 7. & decis. 46. n. 18. & seqq. par. 10. nisi facti particulares circumstantiæ aliter suadeant.

Quamvis enim, ubi consuli potest cum aliis bonis minoris existimationis, vel qualitatis, invalida reputetur facultas alienandi alia magis qualificata, & habentia aliquam circumstantiam, quæ si fuisset narrata, verisimiliter concedentem facultatem retrahere, vel difficiliorem rem reddere potuisset, ex iis, quæ in materia facultatis alienandi bona fideicommissaria habentur sub tit. de fideicom. præteritum disc. 161. ac etiam sub tit. de dote disc. 145. ad materiam alienationis pro dote in vim aurb. res. que Cod. commun. de legat. & alibi; Attamen ibi procedit, quia ex sola ratione necessitatis hujusmodi facultas concedi solet, ideoque diversa intrat ratio, quàm ubi fiat ex causa utilitatis; Ac etiam, quia dicta circumstantia, quod agatur de bonis qualificatis, & quod alienare non expedit, attendenda est pro eadem utilitate metienda, qua non bene justificata, intrat inbreptione magis substantialis, ideoque alii minores defectus negliguntur.

Pro ejusdem beneficii validitate quaeri solet, an debeat ejus impretatio procedere alienationem, vel possit sublequi, & an in casu, quo sublequi valeat, fieri debeat mentio alienationis factæ; Et quamvis Genuen. in præxi Episcop. cap. 52. credit, ut debeat procedere, & cum eo pertrahatur, de Marin. resolut. 6. n. 19. cum seqq. lib. 1. Attamen Rota contrarium recepit, talique est praxis in historiam, in quibus obstat sollemni dispositio Extravagan. Ambrosiæ; Secus autem, ubi obest prohibitio Constitutionum Apostolicarum, ut est in alienationibus bonorum tabularium in forensis, vel jurisdictionalium etiam in subditos, Coccin. dec. 377. n. 4. cum seqq. Duran. dec. 397. nu. 9. cum seq. ex Franch. dec. 163. nu. 12. & alibi, quoniam eo ipso, quod verificatur dictus finis evidenti utilitas, ob quem prodiit prohibitio, ad impediendam supplantationem, quam Prælati, & Rectores facere solebant, ut bona Ecclesiæ traderentur conjunctis, vel benevolis, non insinuitur in aliis subtilitatibus, quæ cadere solent circa assensum requisitum in alienatione feudali, ac aliorum bonorum in commercio non existentium.

Cùmque beneficiatum, postquam obtentum est, quoties illud verificatur, quod scilicet bona fide alienatum cum narrata evidenti utilitate sequata sit, retrorahatur, atque actum revalidetur ab initio, hinc proinde, non data intermedia poenitentia, seu revocatione actus, non intrat quaestio, qua in habemus in feudalibus, vel similibus examinatum sub tit. de feud. disc. 109. an scilicet post mortem unius ex contrahentibus beneficiatum impretari valeat absq; novo consensu heredis, vel successoris, quoniam ubi successor re integra non revocavit actum, novus ejus consensus non desideratur, neque dissensus attenditur, cum (ut infra in sequenti inspectione) poenitendi facultas cesset post beneficiatum obtentum, quamvis adhuc non executum, ut apud Coccin. dicta dec. 374. Duran. d. decis. 397. nu. 14. & 25. cum seqq. ubi pienè responditur objecti s. dec. 82. nu. 10. p. 6. rec. & in aliis; Bene siquidem proficuum est successorem dissentiri potius, quam assenseri, ut ita cum oppositor, utilitatis criticatio fiat, si enim non adest, actus infectio resultat, non ab ejus oppositione, sed à deficiente substantiali requisito, & si adest, est species malignæ oppositionis actui utiliter gesso per prædecessorem, ejuque fidem sine causa violata, sibique impugnetur, cur re integra sollicitus non fuit, uti illa poenitendi facultate, quam habebat.

Frequenter autem quaestiones in foro cadere solent super mala beneficii executione; cum idem sit illud esse malè executum, ac nullatenus adesse, ut decis. 375. par. 5. rec. decis. 319. n. 5. par. 4. tom. 2. & frequenter, de Marin. d. d. resolut. 8. lib. 1. Duran. dicta decis. 250. Adde, ut executor malè probentur, cum ita ejus jurisdictionis consumpta sit, denudò ad alium actum procedere non possit, ut apud Duran. decis. 225. nu. 6. dec. 631. num. 8. cum seq. par. 2. rec. & in aliis.

Ad validam verò executionem, inter cætera requiritur, ut de tempore, quod ad eam proceditur, durat executoris delegata potestas, quia scilicet adhuc vivat Papa, qui concessit; vel sequuta ejus morte, superfit vivat Papa, in quo du-

rent ejus rescripta in forma commissaria, ut advertitur apud Mantice. dec. 41. dec. 473. par. 2. v. dec. 336. n. 11. p. 10. rec. Quoties tamen dicta mors sequatur re integra, priusquam scilicet litteræ Apostolicæ, executori presententur, secus autem, si postquam præsentata sunt, quamvis ad sententiam, aliaque acta processum non fuerit, quoniam sufficit in tempore habili firmatum esse jurisdictionem, ut apud Mantice. dicta decis. 41. & dicta dec. 397. Duran. nu. 22. & seqq.

Alterum est requisitum, quod forensibus controverfiis majorem ansam præbere solet, ut bene ejusdem beneplaciti forma servetur cum ea neglecta, actus absque dubio corrumpat, ut apud Duran. decis. 205. & 238. decis. 295. & 350. p. 5. rec. dicta decis. 236. par. 10. & passim; Cadente inspectione, an forma ibi præter præcisè impleri debeat, vel impleri sufficiat per æqui polens; Id autem in hac materia alienationis bonorum Ecclesiæ decisionem recipere videtur potius à rei substantia, quàm à verborum formalitate, super dicto scilicet implemento finis principalis evidenti utilitatis, dum hujusmodi quaestiones, ut plurimum cadunt, quando formæ inobservantia causat Ecclesiæ damnnum, quia non bene factum fit pretii investimentum, unde intret quaestio, an Prælati, vel alterius administratores culpa redundare debeat in damnum emporis, vel in damnum Ecclesiæ, quod pendet ab eo, an ad beneplaciti præscriptum, teneatur empori esse sollicitus, necne, idque pendet, an aliquid præscriptum fuerit pro forma, qua servata non sit, adeo ut empori imputari possit, cur eam non servaverit, juxta distinctionem, qua in similibus terminis derogationis fideicommissi habentur plene deducta in Bononiensi fideicommissi de Rubis dec. 363. p. 10. rec. quæ videtur in materia magistratibus, & habetur infra; Et in specie de clausula, specificatis bonis, ut non dicatur impleri forma, nisi fiat specificatio, Rot. dec. 624. n. 2. p. 1. rec. dec. 336. n. 11. p. 10. dec. 11. n. 7. apud Pothium de ma. nu.

Super modo autem procedendi, certa forma præscripta non videtur, cum verius hic executor sit potius mæristus, quàm mixtus, nisi ipsi beneficiatum certam formam in procedendo præscribat, seu aliquas clausulas adiciat, quas implere oporteat, ut decis. 350. nu. 6. & 8. & decis. 367. nu. 11. & 12. par. 5. rec. decis. 94. nu. 49. & seqq. decis. 129. nu. 14. par. 7. rec. decis. 336. par. 10. & in aliis; Unde propterea si duo executores deputari fuerint, gessa per unum invalida sunt, ut decis. 204. par. 5. rec. nisi in uno concurrat utrumque officium, vel dignitas, ut in eadem decisionem; Prout invalidè procedit executor, non præsentatis litteris, cum ita sine jurisdictione procedat, ut dicta dec. 129. nu. 1. par. 7. Atque ubi adest clausula, vocatis vocandis, tunc in forma judiciaria citari debent interesse, cum ita executor effecti dicatur mixtus, ut in his terminis advertitur dict. decis. 350. num. 5. & decis. 367. num. 10. par. 5. rec. dec. 66. decis. 94. num. 49. par. 7. decis. 275. & 336. par. 10. & in aliis.

Est bene verum, quod per istam clausulam, citandus non est Prælati, vel Administrator Ecclesiæ, quæ alienationem fecit, vel facere vult, cum ad ejus supplicationem illud concedi soleat, ut decis. 636. num. 4. & 5. par. 1. d. decis. 624. par. 1. rec. Duran. decis. 363. nu. 13. & in dicta decis. 275. par. 10. ubi, & in aliis proximè allegatis 68 advertitur, quod si agitur de alienatione bonorum Ecclesiæ Cathedralis, vel alterius habentis promotorem fiscalem, seu alium ordinarium defensionem, iste citari debet, atque sub dicta clausula, vocatis vocandis venit; Idemque si alii admittantur ad quos legitima defensio pertineat, vel aliud considerabile interesse habeant.

Super quaestione autem, an ille, in quem fit alienatio, teneatur esse sollicitus de versione pretii in causâ expressam, adeo ut, ea nullatenus, vel malè sequuta, corrumpat actus, seu alius ejus, non autem Ecclesiæ fit damnnum; Distinctio est, an forma in beneficiatum præscripta servata sit, necne; Si enim servata non fuit, adeo ut illud, ut potè malè executum habendum sit pro extante, planum est, totum damnum esse ejus, in quem alienatio facta est, quamvis ipse à versione sollicitudine expressè exemptus fuisset in ipsemet beneficiatum, quoniam intelligitur cum præsupposito, quod ejus forma servetur, ita enim jus Ecclesiæ non est super mala versione, sed potius super vindicatione rei propriae, tanquàm malè alienatæ, ut in specie advertitur dec. 41. & 325. p. 10. rec.

Ubi verò forma bene servata sit, adeo non offert defectus malè executi beneficii, & tunc, aut contra neque clausula frequenter adici solita, ut empor, seu ille in quem fit alienatio, non teneatur de investimento esse sollicitus, & planum

50

55

56

57

58

59

61

63

67

68

69

70

platum est ipsum ad aliud non teneri, ut dec. 278. par. 9. rre. apud Celf. 116. n. 19. & Othobon. dec. 249. Licet enim iste decisiones percuciant diversis terminis Apostolice derogationis fideicommissi, attamen eadem est ratio, idemque termini intrant.

Ideoque ejus sollicitudo consistit, ut servetur forma prescripta, quae ut plurimum esse solet, ut pretium unico contextu investitur, sive in Aede sacra deponatur ad effectum investendi; Si enim id non servetur, adus corruit ex defectu formae non servatae, ut supra; Si vero servetur, investitum autem parum tute, vel parum utiliter fiat, ad aliud non tenetur, quoniam in hoc Papa noluit eum gravare, sed contentus fuit sequi fidem Praelati, seu administratoris Ecclesiae contra quem actio pro reintegracione competit, ut in dictis dec. 116. Celfi, & 249. Othobon. Nisi fraus, vel sollicitudo adit cum ipiometre, seu in quem fit alienatio.

Quatenus verò dicta clausula exemptiva non accedat, tunc attenditur tenor beneficii, an investitum adjectis conditionibus, vel pro modo, ut primo casu uterque contrahens ad id oneratus censetur, quoniam idem est conditio, ac forma, quam omnino servare oportet, in altero autem secus, quia dum Papa praesupponendo alienationem jam perfectam, praecipit investitum per viam modi, ita supponit emptorem existisse de sacra, atque pretium remansisse ad dispositionem Praelati, seu administratoris, qui investitum pro opportunitate facere debet, istius fidem insequendo, ut ita distinguendo caeteris relatis plene habetur dec. 41. 32. 5. & 363. par. 10. recent. ubi concordantes.

Quare videtur cadere clausula exemptiva, & applicationis, quam juris, quando scilicet versio, seu investitum praeribitur per viam modi, vel per viam conditionis.

In hoc autem scribentes nimium certant, insistentem potissimum super dictionibus, & clausulis, aliisque verborum formalitatibus, quod pro meo iudicio erroneum videtur; quoniam ut in ista quaestione, an aliquid praeribitur per viam modi, vel in viam conditionis, plene advertitur sub tit. de fideicommissi disc. 154. vis non est in verbis, clausulis, & dictionibus, sed in substantia veritatis, an adimplementum praeribitur a parte auctoris, ut primo casu importet conditionem, altero autem importet modum, quam clausula, vel verba in sua propria, & grammaticali significatione diversimodè importarent.

Eadem tamen verbis, vel clausulis, & dictionibus nimium conferentibus, ac attendendis in ambiguo, quando incertum est, an uno, vel altero modo Papae voluntas fuerit esse sollicitus, etiam obligatio restringitur ad primum investitum, quod sufficit bene sequutum esse, quamvis deinde diversimodè sequatur, ut contingit in eo investitum, quod fiat in loca montium, vel census tutos, & idoneos, quorum extinctio tractu temporis sequatur cum restitutione foris denudè investiendae, quoniam alia obligatio emptori non incumbit, dum ipse jam omnino exivit de sacra, sed tantum intererit Ecclesiae, eodem modo, quo si pecuniae aliunde obveniat male investitur, ut in specie caeteris relatis in similibus terminis alienationis bonorum fideicommissi in vim Apostolice derogationis, seu facultatis advertitur apud Celf. d. dec. 116. & d. dec. 249. Othobon.

Et quamvis in hac materia verionis alia adhiberi solet distinctio, an alienatio sequatur ex causa necessaria, vel voluntaria, ut primo casu emptor teneatur esse sollicitus de versione, in altero autem non ex iis, quae caeteris relatis plene habentur apud Merlin. dec. 219. repetit. dec. 463. post Cenc. de censib. Attamen rarum est hodie, attentata frequentiori formula hujusmodi beneficii, seu licentiae, ut ab hac distinctione decido pendeat, cum ut plurimum consistat in eo, an per viam conditionis, vel per viam modi id praeribitur fit, ut supra.

Item in hoc proposito beneficii advertendum est, non sufficere solam supplicationem signatam, nisi accedat expeditio litterarum ab Regularum, de non iudicando juxta formam supplicationis, ut in his terminis Mantie. dec. 41. n. 3. dec. 277. n. 14. p. 4. n. 10. 2. Nisi agatur de illa specie beneficii, quae accedat ex post facto pro simplici confirmatione, seu approbatione pura, non autem in forma commissaria, adeo ut non indigeat ulteriori executione, ut contingit in confirmationibus concordariarum, tunc etenim cum desuper approbationem non sit, sola supplicatione Rotam contentam fuisse constat dec. 218. n. 7. p. 7. rre. vel ubi talis licentia, seu facultas concedatur per Sac. Congregationem Con-

liti, vel alteram Episcoporum, & Regularium negotiis praeripiam, ut in alienationibus, quae sunt per Regulares, vel Moniales frequentior praxis docet, ut in Romana Domorum 15. Decembris 1649. & 18. Februarii 1650. coram Bichio, quarum secunda est impressa dec. 17. par. 11. recent. & prima dec. 92. post Salsgad. ubi concordantes.

Bene tamen sola supplicatio signata operatur effectum exclusionis poenitentiae, aliis ex parte Ecclesiae, quandoque competens, ut in eisdem proximè allegatis decisionibus coram Bichio, & habetur in sequenti inspectione super effectibus in valida alienatione resultantibus.

Quando autem accessit beneficii, atque ad illius executionem processum est, intret autem quaestio super justificatione causae, cui scilicet incumbat onus probandi evidentis utilitatis affirmativam, vel negativam, quia nempe non habeantur processus, vel negativi, quia nempe non habeantur processus, & acta ex quibus id apparere valeat, tunc attendendum est, an executor deputatus sit merus, vel mixtus, juxta terminos, ac regulas, quas habemus in materia beneficii circa executores litterarum Apostolicarum; Quando etenim est merus, quia non obligatur ad adhorum formalitatem, sed etiam per extrajudiciales informationes procedere potest, hinc proinde praesumptio est pro executione, quodque servetur ac praevia legitima justificatione causae ad executionem devenitum fit, secus autem è converso, cum tunc executor assumere debeat partes judicis, ideoque sententia super executione justificari debet ex actis, neque ipsius executoris assertionibus deservit, ut caeteris relatis habetur dec. 319. n. 8. & 13. cum seqq. & dec. 261. n. 6. p. 4. rre. tom. 2. dec. 94. n. 43. & seqq. & dec. 202. n. 11. & seqq. p. 7. decif. 367. n. 8. & 9. par. 5. & frequentier; Nisi agatur de sententia antiqua, qualis est ea, quae 30. annos excedit, dummodò cum tempore concurrat etiam observantia juxta dec. 1073. Seraphin. dec. 649. n. 1. & seqq. par. 2. recent.

Sive quod abique culpa, & facto emptoris acta essent deperdita, atque legitime justificationis probabilia adminicula, seu argumenta accedant, ut advertitur dicta dec. 684. p. 2. rre. & habetur in Bononien. bonorum de Campegis sub tit. de emphiteusi disc. 53. & alibi.

Demum in hac materia beneficii Apostolice, frequentes in foro esse solent quaestiones super illius praesumptione, quando de eo expressè non constat, ut in antiquis alienationibus saepe contingit, Atque attentata sola dispositione juris communis, praescribendo à moderna Constitutione Urbani VIII. de qua infra, receptum est ex solo tempore longissimo 30. annorum resutare hanc praesumptionem beneficii bene executi, & cum justificatione causae necessitatis, vel evidentis utilitatis, ex iis, quae caeteris relatis habentur apud Mantie. dec. 101. & 227. Seraphin. dec. 671. 792. utrobique n. 1. & dec. 1174. n. 3. Gregor. & Adde. dec. 52. & 314. Baratt. & Adde. dec. 45. Merlin. dec. 702. alias dec. 94. par. 7. recent. & frequentier, cum fit conclusio plana, de qua ad aliud propositum habetur etiam actum sub tit. de dote disc. 143. Idque verum, etiam in ipso alienationis actu beneficii nullatenus enunciatum esset, ut apud allegatos.

Et quamvis ita obstat videtur juris regula prohibens cumulari praesumptiones, ac specialitates, dum ita triplex praesumptio admittitur; Primò scilicet circa substantiam beneficii, Secundò circa ejus validam, ac legitimam executionem; Et tertio circa evidentem utilitatem, attamen istae dicuntur praesumptiones, quarum una venit in consequentiam alterius, ideoque regula non obstat.

Prout licet, ubi agitur de praerogatione contra Ecclesiam, subducendum est tempus vice Praelati alienantis, expressè deductum dec. 57. n. 22. & seqq. & dec. 94. n. 12. & seqq. p. 7. recent. attamen ad effectum hujus praesumptionis, ista subducit non intrat, Seraphin. dec. 1027. n. 13. cum aliis per Adde. ad Gregor. dicta dec. 334. in fine dicta dec. 67. n. 2. 1. ubi cum seqq. p. 7. rre. & dec. 268. p. 12. pluries confirmata, ubi respondendo pluribus intermediis decisionibus firmantibus ad hunc effectum praesumptionis dictam subducit etiam ad hunc effectum praesumptionis videtur addentes nem faciendam esse, quarum plures referunt Adde. ad dec. 12. par. 3. rre. & habetur apud Rojas dec. 402. n. 7. ad dec. 336. p. 10. n. 29. rre. advertitur, ut hae subducit etiam intret, quando ageretur de alienatione facta in conjunctis, vel admissis Praelati, vel administratoris alienantis, vel malam praesumptionem, unde ex identitate rationis idem dicendum videtur, quando sanguinis conjunctione non accedente, alia urgeant fraudis argumenta, & suspiciones in eo, qui alienationem fecit.

Plura verò concurrere debent, ut dicta praesumptio intret, ut etiam advertitur ad aliud propositum dicti tit. de dote disc. 143. Primò scilicet, ut tempus fit annorum 30. com-

pleto-

pletorum, neque minus sufficiat ex deductis per Adde. ad Greg. dec. 52. & 314. apud Othobon. dec. 220. & passim; Quamvis enim plures credant extrinsecè sollemnitas praesumptionem reducere à longo tempore annorum decem, attamen id procedit in iis, in quibus juris resistencia non habetur, eo modo, quo in praesenti habetur, ideoque in his terminis extra omnem controversiam est, minus tempus non sufficere.

Secundò, ut solus lapsus temporis non sufficiat, nisi etiam copulativè concurrat obstantia, quae sit vera, non autem praesumpta, cum tunc esset dare duas praesumptiones principales, & coaequales; Ac etiam sit continua, non autem interrupta, vel deducta ex aliquibus actibus, puta, una, vel duabus solitionibus pro toto tempore tricennali; Et fit etiam pacifica, & univoca, non autem aequivoca, ut apud Coccin. dec. 305. Adde. ad Gregor. dicta dec. 354. & apud Baratt. d. dec. 45. Othobon. dec. 2159. & 220. & alias quoties, cum pariter fit conclusio plana, nullam in puncto juris admittens controversiam, quae tota remanet facti, & applicacionis, quando scilicet observantia dicitur continua, pacifica, & potissimum univoca, super quo majores esse solent quaestiones, an scilicet suffragantur actus, qui dici valent aequivoci, quo casu alia adminicula pro interpretatione attendi solent, ut ad vertitur d. decif. 268. par. 12. rre. & in aliis ejus confirmatoriis, ideoque certa, & determinata regula deservit tradi non potest, sed ad instar omnium aliarum quaestionum facti, decido ex ejus qualitate pendet pro singularium casuum particularibus circumstantiis prudenti arbitrio regulanda.

Tertio requiritur, ut constet de titulo vero, super quo dicta praesumptio radiceur, ne alias detur praesumptum super praesumpto, seu fictum super ficto, ut ex Ruin. conf. 75. n. 8. lib. 1. & alii, & Seraph. decif. 1042. n. 4. d. dec. 57. num. 15. & seqq. par. 7. recent. & frequentier.

His autem omnibus requisitis concurrentibus, aliud exinde non resultat, nisi simplex juris praesumptio abique dubio elidibilis ex contraria expressa probatione, quae praerituri oriri dicitur in illis actibus, in quibus sollemnitas perneceffe instantaneè in ipso actu adhiberi debet, non autem praecedere, vel subsequi potest, cum tunc ex ipsiusmet tituli inspectione probata dicitur negativa, quod tamen in aliis sollemnitatibus rectè procedit, quia in ius casibus de forma praecisa instantaneè requiruntur, non autem in ista beneficii Apostolice, quàm ut supra certum est, praecedere, ac subsequi posse; ideoque ista species probationis non intrat, bene tamen aliae intrare possunt, quibus concurrentibus dicta praesumptio cessat, ut per Gravet. de antiquitate temporis par. 3. cap. 1. n. 27. dec. 294. n. 29. & seqq. p. 6. recent. cum aliis per Adde. ad Baratt. decif. 1. & 120.

Illa vero contraria probatio sequi potest per diligentias, quae adhibentur in registris Apostolicis, in quibus hujusmodi licentiae, seu facultates registrari solent, quoties tamen agatur de alienatione facta ab eo tempore citrà, quo post Urbis exidium habebatur integra omnia registra, itaut nullum deficiat, cum uno deficiente, dici possit ibi illud registratum esse, ut passim receptum habemus in proposito negativè citationis, vel alterius actus probandi ex revolutione processus, & actuum, quatenus haec sint integra, & non alia; Sive quando existat integer processus per executores, vel alium superiorem factus super alienatione, ex quo de defectu pateat, ut advertitur in d. decif. 336. par. 10. recent. & in aliis.

Unde propterea in illis alienationibus speciebus, in quibus una, vel altera Congregatio Concilii, vel Episcoporum, & Regularium licentiam dare solet per viam referipti, seu memorialis, haec species probationis practicabilis non est; Idemque in illis alienationibus, quae factae sunt priusquam Pius IV. moderasset facultates Poenitentiarum Apostolicarum, per quam hujusmodi licentiae dari solebant, ideoque haec possibilis excludit negativè probationem ex Apostolicis registris resultantem.

Eadem probatio negativè admittitur etiam praesumptiva ob fortiorem praesumptionem resultantem ex ipsa specie, seu natura alienationis, quam constat damnosam, vel imprudentem esse, ideoque improbabile est, quod Papa illam approbare voluerit, non enim admittenda est praesumptio in iis, in quibus veritas dari non potest, ut saepius firmatum fuit per Rotam, praeritum dec. 83. n. 11. & 348. n. 28. par. 11. recent. & dec. 320. n. 17. par. 13. & saepius.

Omnia haec circa beneficii praesumptum ex lapsu longissimi temporis, hodie in foro penè inutilia esse videntur in hac materia alienationis bonorum Ecclesiae, ideoque

solum deservire videntur pro aliis sollemnitatibus deservendis, juxta deducta dicto disc. 143. de dote, similibus, ob superventam Constitutionem 157. Urbani VIII. de anno 1641. per quam istud beneficii praesumptum resultantis à tempore longissimo sublatum est, solumque praerogatum illud, quod resultat ab antiquiori tempore centenarium; Et quamvis verus dicti Pontificis sensus non fuerit id statueri in contractibus ordinariis inter Ecclesias, & Privatos, sed solum praerogare jura Ecclesiae Romanae, vel Sedis Apostolicae, sive etiam aliarum Ecclesiarum adversus Principes, & Potentes, (ut ego met. audivi à pluribus ex illis, qui in ea Constitutione edenda aliquam participacionem habuerunt;) Attamen, quia Rota innixa amplitudini verborum indefinitè in omnibus alienationibus, & contractibus eam procedere interpretata est, ut dicta decif. 219. par. 10. recent. cum relatis per Adde. ad decif. 12. n. 30. cum seqq. p. 3. rre. & in aliis, de quibus proximè infra, hinc proinde de plano hodie id receptum est, nisi tempus centenarium accedat, ut in d. dec. 218. p. 12. rre. & in aliis ejus confirmatoriis; Cadente solum quaestione, an licentia completa esse debeat de tempore editae Constitutionis, cum quo praesupposito proceditur in dicta dec. 268. p. 12. vel sufficiat eam completam esse de tempore, quo illa movetur, de quo habetur actum infra disc. ubi an tollat praesumptionem jam consumatam de tempore, quo Constitutio prodit.

Duplici recepta limitatione; Primò scilicet in iis, quae tunc iudicium deducta erant, ut praetata juris communis dispositio contenta loco lapsu temporis longissimi, ista Constitutione non obstante attendi debeat, ut in Romana domus 16. Martii 1665. coram Bevilacqua, ubi concordantes.

Et secundò, ubi ageretur inter duas Ecclesias, cum tunc non intret ea mala praesumptio, cui Constitutio innixa est, ut apud Dunozet. dec. 713. n. final. & saepius in aliis, praeritum in Mediolanen. 10. Decembris 1664. Albergo, Romana census 13. Junii 1665. Priolo, & in aliis.

Effectus deficientium dictionum requiritorum sollemnitatis, & causae modo quo supra, principaliter consistit in annullatione actus ipso jure ob decretum irritans contentum in eadem Extravag. Ambrosiae; Quamvis enim per eandem censuram, aliaeque poenae inflictae sint, raro tamen foris hujusmodi poenales quaestiones tractat, quoniam cum receptum sit ad hunc effectum requiri eam culpam positivam, quae temeritatem, ac delictum redoleat, ab hoc autem quilibet causa excuset, hinc proinde id rarum est in solis terminis Extravag. frequentier tamen auditur in Sac. Congregatione Regularium, ob strictiora vincula à Statutis, & Constitutionibus Religionis resultantia.

Adeoque invalida reputatur alienatio, quod non solum ab Ecclesia bonorum dominum nullatenus abdicatur, sed in ea semper continuare dicitur, perinde, ac si actus gestus non esset, sed ratione decreti irritantis, cuius virtus, & operatio est inficere non solum titulum, sed etiam possessionem, ista proinde saltem civilis in Ecclesia continuat, & cuius ratione antiquiores interdictum reintegrandae pro naturali consolidatione cum civili concorditer concedebatur; Verum quia istud interdictum, prout alterum adipiscendae, ex magis communi, & recepta sententia Canonistarum est appellabile ad utrumque, quasi quod dispositio juris civilis in Lunica C. si momentanea possessione per jus canonicum correcte fit; E converso autem receptum pariter est, ut aliud interdictum retinendae in forma summarissimi iudicii intentatum, atque per decretum inrerlocutorium, non autem per sententiam diffinitivam concessum, exequutivum sit, atque suspensivam appellacionem non admittat, hinc proinde modernus usus currentis saeculi recepit, praxim dicti interdicti retinendae, quod mantentionis dicitur, ratione dictae civilis possessionis, ex iis, quae habentur decif. 125. apud Post. de mantent. n. 15. cum seq. & dec. 518. n. 3. & seq. dec. 79. 139. 226. & 275. par. 6. rre. dec. 94. par. 7. dec. 219. p. 10. cum aliis collectis per eundem Post. d. tractat. observ. 58. n. 102. cum seq. & passim.

Adeoque id receptum est, ut ipsimet Praelato, vel rectori, seu administratori alienantis, licitum reddatur id remedium contra factum proprium intentare, non tamen proprio sed Ecclesiae nomine, ut in proximè allegatis; Quod tamen intelligendum est, quatenus clara sit nullitas, secus autem ubi sit turbata, vel quia probabiler dubitetur an causae cadat, necnè, sub d. Extravag. dispositione, unde propter aere ambiguum remaneat, an intret decretum irritans, ut advertitur apud Othobon. decif. 141. n. 20. & seq. & decif. 175. & 200. par. 10. rre. dec. 160. par. 11. & in aliis.

Vel

Vel quia apparetur constet de solemnitatibus, & causa, unde propterea possessor ita intentionem fundatam habere dicitur, Ecclesia vero adstricta præterdat aliquem defectum, vel circa beneplacitum, vel circa executionem, sive causam, idque fit turbidum, & altioris indignitas, adeo ut si valeat exceptio clara, & replicatio turbida, cum tunc in iudicio petitorio de hoc agendum sit, neque possessor interim ejus possessione privari debeat, ut plenè ita distinctionis ceteris relatis apud Merlin. *decis. 702. repetit. d. dec. 94. part. 17. recent.* & cum eodem sensu proceditur in aliis proximè supra allegatis, adeo ut videatur ita quæstio facti, & applicationis, ex cuius felicitate parte fit turbiditas; Admittit illius distinctionis, de qua circa executionem litterarum Apostolicarum habetur *sub tit. de beneficiis disc. 5.*

104 Præmissaque circa nullitatem procedunt, quamvis agatur de alienatione facta in aliam Ecclesiam, sive etiam in eandem Ecclesiam capellam, vel beneficium, ex eo communi dicitur, quod dilucidandum non est unum altare, ut alterum cooperiatur, ex his, quæ plenè habentur ceteris relatis *decis. 277. nu. 7. & seq. par. 4. recent. tom. 2. decis. 561. nu. 7. p. 5. dec. 19. nu. 11. par. 7. & sequens*, quidquid in contrarium dicantur aliqui relati per Barbof. *de Episc. allegat. 9. nu. 5. cum seq.*

105 Operatur etiam eadem nullitas alterum effectum restitutionis fructuum ab initio, ut latè apud Merlin. *dec. 663. repetit. dec. 3. par. 7. recent. nu. 32. cum seq. dec. 444. par. 4. tom. 2. ubi Addentes plures concordantes cumulan, Duran. dec. 256. & frequenter, pluraque pro consuetudo elaborato stylo colligit Castill. tom. 8. *controver. c. 64. nu. 5.**

106 Adeoque verum, ut plerique credant etiam fructus percipiendos venire, ex dispositione *Constitut. 8. Pn V. §. 3.* & in subsequenti extensione incipiunt. *ex debito §. 2. Quod tamen rarum est ad praxim deduci posse*, quoniam cum restituitio percipiendorum sit species penæ, hinc proinde ratio culpa requiritur videtur in possessore, quod redoleat dolum, sed delictum, sine quo pena non datur, dum etiam respectu perceptorum eatenus restituitio intrat, quatenus nullitas sit certa, sedus autem ubi iustus error, qui in factum consistit, legitimam inducat excusationem, quoniam etiam in iure dubio, cuius ignorantia assimilatur ignorantie facti, ut advertebat *dicta decis. 44. par. 4. tom. 2. cum ibi deducitur in adnotationibus.*

107 Quia verò id percipit præservationem Ecclesie à damno, non autem ut faciat lucrum, hinc proinde non solum à dictis fructibus deducendæ sunt expensæ, ex his, quæ super principio pluri, ac præsupponendo plenissimè cumulat elaboratus Additionator *ad d. dec. 444. tom. 4. par. 2.* sed etiam deducendum est emolumentum, quod interim Ecclesia perciperet ex pretio soluto per emptorem, quia nempe investitio in effectus fructuosos, sive in extinctionem æris alieni fructiferi, ut advertebat apud Duran. *d. dec. 256. n. 5. & seq. cum aliis per Adden. ad d. decis. 444.*

108 Hanc autem conclusionem super fructuum restitutione, non admittit Rota in terminis census impositi per Ecclesiam, quamvis extra controversiam sit ipsum contractum continere quoque prohibita alienationem, ut apud Cenc. *decis. 29. cum aliis per Gonzal. ad regul. 8. glof. 56. nu. 9. 7. Gratian. *discept. 350. nu. 59. Cenc. de cons. q. 24. n. 16. & q. 88. nu. etiam 16.* assignata in dicta decisione ratione, quod contractus interim fuerit in implicito statu validitatis, eo quia Ecclesia volens, in eo continuare poterat, dum nullitas per alterum contrahentem allegabilis non est, iuxta claudicationem, de qua proximè infra. Hæc autem ratio æque procedit in hac specie alienationis, sicut in aliis, ideoque non videtur, quæ probabilis differentia ratio locus esse debeat, vel indefinitè restituitio fructuum locum esse debeat, vel è contra indefinitè possessor excusandus: Sed quia majoribus ita visum est, idcirco iuxta consuetam huius facultatis miseriam, repugnante ratione, in obsequio auctoritatis plures intellectum captivare oportet ad evitandum notam vires opinionem singularium.*

110 Nullitas autem hæc quamvis ipso jure resultat, ut supra, non tamen utitur contrahenti communis est, sed contra æqualitatem inter contrahentes fovendam, sive contra naturam correlativorum, specialis favor Ecclesie claudicationem induxit, ut scilicet ex parte Ecclesie contrahentis, qui, Ecclesia volente tenetur invitus stare contractui, ut apud Franch. *dec. 35. & 296. Cypic. Latr. dec. 19. Rota apud Mantican. *decis. 201. decis. 350. n. 15. & seq. par. 5. & passim, cum conclusio de qua amplius non dubitatur.**

Et quamvis, ubi excedit expressa reservato beneplaciti, sive ubi Patronus alienans asseruit hanc facultatem habere, adeo ut constet de voluntate alterius contrahentis non nisi licet, ac valide contrahendi, non improbabili ter dicitur apud Franch. *d. dec. 296. etiam alteri contrahenti licitum esse recedere, quasi quod ita in animo non haberit alias contrahendi, tamen contrarium per Rotam receptum videtur, ut apud Duran. *decis. 397. nu. 12. & in Romana emphiteutis 14. Maii 1666. coram Carpinæa, ubi plenè concordantibus.**

Benè verum, quod potest alter contrahens, Ecclesiam, seu Prælatum cogere ad implendum solemnitates pro contractu valide perficendo cum aliqua præfixione termini, quo elapso ipse liber remaneat, ut apud Franch. *decis. 35. ubi Adden. Cypic. Latr. *decis. 19. in qua concordantibus.**

Non datur tamen hæc penitentia ex parte Ecclesie post obtentum beneplacitum, quamvis adhuc executum, vel præsentatum non esset, quoniam, quamvis adhuc non essent expeditæ litteræ, dummodo signata fit applicatio, quoniam ut plures advertitur *sub tit. de beneficiis*, & sub altero de pensionibus, litteræ non reperiuntur ad substantiam gratiæ, sed solum pro executione, ut satisfactis Regulæ de non iudicando, iuxta formam supplicationis, ideoque eo ipso quod re integra, & ante declarationem penitentiam, seu factam revocationem gratia perfecta est, excluditur penitentia, Coccin. *decis. 374. nu. 5. Duran. *decis. 397. nu. 12. & seq. decis. 336. nu. 19. & seq. par. 4. recent. tom. 2. cum aliis per Buratt. & adden. *decis. 5. decis. 17. par. 1. recent. & decis. 92. post Salgad. ubi tamen quod non sufficit supplicationem, vel preces portatas esse, nisi actus periculis accedat.***

Postquam verò penitentia declarata est, atque Ecclesia, vel ejus legitimus administrator contractum revocavit, eique stare nolle declaravit, quamvis plurimum sententia fit, de quibus apud Cypic. Latr. *decis. 19. ut adhuc Ecclesia volens possit mutato consilio ex dicto claudicationis privilegio stare contractui, invito altero, tamen Rota contrarium dixit apud Dunozet. *dec. 59. cum aliis apud Gratian. *disceptat. 661. nu. 16.***

Demum, quoad quintam, & ultimam inspectionem casuum exceptuorum, in quibus dictæ Extravagantes dispositioni non procedat, plures habentur in Extravagantibus hujusmodi, & præsertim: Primo in bonis quamvis stabilibus, ac alias sub prohibitione cadentibus, ubi sint modici valoris, iuxta *c. territorial. 12. q. 2. cuius dispositionem correctam non esse per Extravag. Ambrosiæ declaravit Sac. Congregatio Concilii, ut referunt Quaranta in *summa Bullarum*, verbo alienatio rerum Eccles. Barbof. *de Episcopo dicta alleg. 95. n. 50. & in collectan. ad item cap. territorial. bene Fagnan. in cap. nulli de reb. Eccles. non alien. nu. 24. cum seq. Adden. ad *dec. 444. p. 4. recent. tom. 2. nu. 50. Rota apud Rojas *decis. 444. nu. 2. & pluries, cum praxi ita receptis.****

Ut autem id procedat, tria copulativè requiruntur; Primo valoris modicitas; Secundo, quod res non sit utilis Ecclesie, atque concurrat causa necessitatis iuxta unam opinionem, vel saltem notabilis utilitatis. Et tertio, ut accedat auctoritas Ordinarii causa cognita super dictis requisitis, Quaranta ubi supra, *Gemen. in praxi Archiepisc. cap. 60. alias 75. Fagnan ubi supra n. 24. Barbof. dicta allegat. 95. n. 59. non sufficit autem decretum Vicarii Generalis, qui esset Canonicus, vel Rector, qui faciat alienationem, quoniam non potest auctoritas sibi ipsi, ut firmat Rot. in Astoricens. census 1. Julii 1661. coram Priolo.*

Et alii addunt quartum requisitum, ut res longè distet, ex relatis apud Rotam *dec. 624. nu. 11. par. 1. rer. Lotter. lib. 3. q. 35. n. 25. qui propterea dicit id vix posse praticari, quod tamen non videtur in praxi receptum, atque ubi benè verificatur requisitum evidens utilitatis; nimium rarum est in reb. modici valoris, hujusmodi controversias in foro audiri.*

Quando autem res dicatur modici valoris, variæ sunt opiniones relatæ apud allegatos, quarum nulla pro meo iudicio recipienda videtur, sed est arbitrium pro Ecclesiarum, & locorum, ipsorumque bonorum qualitate decidendum, cum attempta qualitate unius loci, vel Ecclesie respectivè, prædium valoris scutorum 50. reputatur magnum, & considerabile, atenta verò qualitate alterius loci, vel Ecclesie dicitur quid minimum, & contemptibile, quamvis esset valoris scutorum 100. ut benè apud Fagnan. *in d. cap. nulli. nu. 26.*

Dictum autem requisitum, ut res distet ab aliis prædiis, & bonis ejusdem Ecclesie, videtur potius circumstantias con-

considerabilis pro dicto arbitrio regulando, quoniam ubi plura periola terræ, seu prædiola in eadem contracta per Ecclesiam possiderentur, quorum æqualis cura, sed cultura eodem tempore haberi poterit, adeo ut si non materialiter unita, atque formaliter unum prædium constituerent vitarentur, juxta ea quæ habentur ad materiam textus in *l. quod in verum §. si quis poss. ff. de legat. l. cum fundus ff. de leg. 2. cum concord. per Laderch. *conf. 78. Galeoc. lib. 1. controver. 22. Rot. *dec. 249. p. 1. rec. & in aliis sub tit. de servit. disc. 74. & sub tit. de legatis, alienatio alicujus ex hujusmodi prædiolis, seu periolis terræ, quamvis exigui valoris, esset species dimembrationis illud prædium, seu possessionis, quæ ita in ea regione magna dici possit, cum similibus cum circumstantiis, bonam, vel malam fidem redolentibus, & an sit actus, qui à prudenti, ac industrii patrefamilias fieret, necne, pro facti qualitate excludente fraudem, quæ legi, seu prohibitioni feret.***

Secundo sub eadem Extravaganti non cadit casus magis, ac imminens necessitatis non patientis dilationem obtinendi beneplacitum à Sede Apostolica, Quaranta in *summa Bullar. ubi supra nu. 50. Gratian. *discept. 931. nu. 1. Barbof. *d. allegat. 95. n. 58. de Marin. *refut. 6. n. 9. lib. 1.****

Tertio ubi Ecclesie incapaci possidendi, bona relicta sintque in Religione Minorum, ac etiam fidei Domus professæ Societatis Jesu, cum similibus, quæ possunt acquirere ad effectum vendendi, ac pretium erogandi in quotidianis currentes usus, Quaranta ubi supra *num. 41. Barbof. ibidem num. 59. Duard. *de cens. §. 1. quest. 22. nu. 53. & sub tit. de Regal.**

Sed quæ videtur dicendum etiam in illis Ecclesiis, quæ sint incapaces etiam retinendi, ubi incapacitas est ex parte rei, puta quia ageretur de bonis emphiteuticis, quæ claria domini voluntatem esse non possunt penes manum mortuam, qui incumbit obligatio ponendi infra annum extra manum mortuam, unde contrarie eadem incapacitas, de qua supra, cum ita verificari dicitur altera limitatio, de qua proximè in bonis querendis, adhuc Ecclesie non incorporatis.

In quibus generaliter dictæ Extravag. dispositionem locum non habere receptum est, ex deductis per Franch. *dec. 14. nu. 16. cum seq. Barbof. *d. allegat. 95. n. 55. Gregor. *dec. 40. n. 9. & 10. Buratt. *dec. 773. ubi Adden. *Rot. *dec. 518. apud Polth. *de manut. in Bonon. hæreditatis 11. Februarii 1658. coram Cerro, & in aliis, quidquid in contrarium teneatur relati per Barbof. *dicta allegat. 95. n. 54. quoniam contrarium est magis receptum, juxta *dec. 507. Purci lib. 2. quæ reputatur in materia magistralis.*********

Dummodò tamen dictum requisitum benè verificetur, quod scilicet agatur de non acquirendo, puta non adeundo hæreditatem, vel non agnoscendo legatum, vel aliud jus delatum, sive remittendo caducitatem incurram, ob quam possit Ecclesia jure devolutionis acquirere cum similibus, secus autem ubi acquiritur jam accessit, nisi factus acquisitionis nulliter factus esset, ut de repudiatione hæreditatis jam aditæ ex intervallo haberetur in d. Bonon. hæreditatis coram Cerro.

Et quamvis id verificabile non videatur, nisi in sola repudiatione absentiva, per quam Ecclesia tollat se de medio, unde propterea alter de jure suo potius obtineat, non autem in renunciatione translativa, per quam cessonarius eademem repræsentet tanquam emptor, seu cessonarius hæreditatis, juxta terminos text. in *l. 1. & 2. toto tit. ff. de hæred. vel ad. vendit. qui quod ita per necessarium antecedens, additio, & acquisitione procedere dicitur, ex deductis per Franch. *dicta dec. 14. & melius *dec. 101. & habetur in suis respectivè materiis sub tit. de renunciat. sub altero de hæred. & vendit. Nihilominus ubi agitur, solum de hac instantanea, magisque intellectuuali, quam reali, & efectiva acquisitione, & incorporatione, receptum est id non haberi in consideratione, ut punctualiter apud Pat. *dicta *dec. 507. lib. 2. cum aliis supra allegatis, Multoties enim contingit, quod delata Ecclesia libera, vel fideicommissaria hæreditate ab alio possessa, adeo ut sibi non expedit, vel non possit licet assumere, & substinere, eam cedit alteri sub pacto alicujus participationis ejus, quod recuperabitur juxta casum, de quo in Romana restitutionis dotis sub tit. de fideicommissis disc. 109. ubi de decisionibus in ea causa editis, cum similibus.*****

Quod autem dicitur de remissione caducitatis, rectè procedit, ubi agatur de caducitate penali ad alienationem irrequisito domino, vel ob non solutionem canonis cum similibus, adeo ut declaratio caducitatis redoleat rigorem

potius damnatum à lege, quæ de facili excusationem concedat, secus autem ubi factus sit casus devolutionis veræ per lineam, vel generationem finitam, cum tunc remittere, vel nolle agnoscere, esset species novæ implicitæ concessionis, quod fieri non potest, unde quod directè prohibitum est, ita indirectè sequatur, ut advertitur in Romana devolutionis domus 15. Junii 1650. coram Melio, & in eadem 21. Junii 1652. coram Bichio, quarum ultima est *dec. 277. p. 21. rec. ubi concordantes, atque videtur absolutum ex dicta clara ratione.*

Quinta est limitatio in illa restitutione, vel alienatione, quæ heret ex necessitate, non autem ex voluntate, puta quod Ecclesie relicta sint bona cum onere ad certum tempus vel cum certa conditione restituendi, ut per Barbof. *dicta allegat. 95. nu. 61. Sive quia eadem bona subjecta sint retractui legali, vel conventionali, ut frequens praxis docet in necessaria retrovenditione, vel extinctione censuum, & locorum montium, cum alienatio necessaria sub illius prohibitione regulariter non veniat, ut passim receptum habemus in minoribus, & mulieribus, abque certis solemnitatibus alienare, vel contrahere prohibitis, ac etiam in materia fideicommissaria fere alienandi prohibitionem à lege, vel ab homine adjecta.*

Quinta est limitatio in illa specie alienationis, quæ fiat in bonis non acquisitis, occasione illa acquirendi, ut infirmatur supra, occasione agendi de impositione census ex pretio re, quæ acquiritur, super ipsa tamen re, non autem super aliis bonis jam quæsitis, ut admittitur in Romana census 15. Aprilis 1662. coram Bichio, edita in casu, de quo infra *disc. 7. ubi de articulo, an valide imponatur census super domo construenda, vel in meliorem structuram reducenda, si solum, vel depressor domus est jam de bonis quæsitis, & incorporatis.*

Septimo limitatur, ubi bona expressè relicta, vel data sint cum facultate, ut abque aliqua solemnitate in occurrentis alienari possint; Quamvis enim Barbof. *dicta alleg. 95. n. 70. in fine, contrarium sentiat, non tamen hæc dubitatio probabilè rationem habere videtur, quoniam sicut ille, qui legavit, vel dedit, alienare poterat, ac pretium in pecunia dare Ecclesie, seu loco Ecclesiastico pro quotidianis usibus expendibili, vel alicui executori committere, ut id ageret, ita non videtur quid prohibeat, ut id eadem Ecclesie committatur, Ad quod conferunt ea, quæ habentur *decis. 172. n. 38. p. 7. rec. & passim, ut bona pupilli, vel minoris regulariter de jure inalienabilia abque certis solemnitatibus, alienari tamen possint ex voluntate, seu iudicio testatoris.**

Octavo demum, (omissis aliis limitationibus in foro raris, de quibus apud supra allegatos, inter quas illa est restitutio ex privilegiis concessis aliquibus Religionibus generaliter revocatis per decreta edita à Sac. Congregatione Concilii cum Papæ oraculo de anno 1634.) Intra limitatio, de qua frequentius in foro agi contingit, ubi scilicet agatur de bonis concessis, seu alienari solitis, ex regula, quod res affecta femel alienabilis, semper talis remaneat, unde de super nulla cadit juris dubitatio super ipsa conclusione in abstracto, sed frequentes quæstiones sunt facti super verificatione ipsius soliti, eoque concurrente, super pluribus requisitis, quæ de super desiderantur, ut licite alienatio fiat.

Primo scilicet, ut solum non alteretur in præjudicium Ecclesie, quia nempe res solita concedi ad tres generationes detur pro quatuor, aut alia pacta alterativa, & præjudicialia apponantur, quæ in præcedentibus concessionibus non aderant, secus autem ubi alteratio concernat Ecclesie servitium, vel utilitatem, quia nempe detur quid minus, vel cum aliqua restrictione; Dictaque alteratione data, actus corruit in tota etiam pro tempore, vel modo solito; Quamvis enim apud Scribentes magna fit quæstio, an utile per inutile vitietur ex relatis *dec. 241. n. 18. cum seq. *dec. 261. nu. 24. & seq. *dec. 284. n. 12. & seq. p. 4. tom. 2. adeo ut in *decis. 444. eadem p. 4. tom. 2. in fine, dicitur esse articulum adeo dubium, quod tanquam per speciem jurtæ ignorantie facti excusaret possessorem à restitutione fructuum; Attamen hodie in Rota, & Curia passim receptum est, quod utile per inutile vitietur, ideoque actus tanquam individuum remaneat in totum inutilis, ut *decis. 202. n. 6. p. 7. rec. *dec. 165. p. 10. cum aliis collectis per Adden. *ad *dec. 12. p. 3. rec. n. 19.********

Secundo requiritur, ut duret eadem causa concessionis, vel primæ alienationis, adeo ut rerum status non sit immutatus, ex relatis per Barbof. *dicta allegat. 95. nu. 33. Rota *dec. 243. n. 17. par. 7. recent.**

Tertio, quod alienatio, vel nova concessio sit cum Ecclesie utilitate, attendenda de presenti, non autem de præterito,

Quarta limitatio in illa specie alienationis, quæ fiat in bonis non acquisitis, occasione illa acquirendi, ut infirmatur supra, occasione agendi de impositione census ex pretio re, quæ acquiritur, super ipsa tamen re, non autem super aliis bonis jam quæsitis, ut admittitur in Romana census 15. Aprilis 1662. coram Bichio, edita in casu, de quo infra *disc. 7. ubi de articulo, an valide imponatur census super domo construenda, vel in meliorem structuram reducenda, si solum, vel depressor domus est jam de bonis quæsitis, & incorporatis.*

Septimo limitatur, ubi bona expressè relicta, vel data sint cum facultate, ut abque aliqua solemnitate in occurrentis alienari possint; Quamvis enim Barbof. *dicta alleg. 95. n. 70. in fine, contrarium sentiat, non tamen hæc dubitatio probabilè rationem habere videtur, quoniam sicut ille, qui legavit, vel dedit, alienare poterat, ac pretium in pecunia dare Ecclesie, seu loco Ecclesiastico pro quotidianis usibus expendibili, vel alicui executori committere, ut id ageret, ita non videtur quid prohibeat, ut id eadem Ecclesie committatur, Ad quod conferunt ea, quæ habentur *decis. 172. n. 38. p. 7. rec. & passim, ut bona pupilli, vel minoris regulariter de jure inalienabilia abque certis solemnitatibus, alienari tamen possint ex voluntate, seu iudicio testatoris.**

Octavo demum, (omissis aliis limitationibus in foro raris, de quibus apud supra allegatos, inter quas illa est restitutio ex privilegiis concessis aliquibus Religionibus generaliter revocatis per decreta edita à Sac. Congregatione Concilii cum Papæ oraculo de anno 1634.) Intra limitatio, de qua frequentius in foro agi contingit, ubi scilicet agatur de bonis concessis, seu alienari solitis, ex regula, quod res affecta femel alienabilis, semper talis remaneat, unde de super nulla cadit juris dubitatio super ipsa conclusione in abstracto, sed frequentes quæstiones sunt facti super verificatione ipsius soliti, eoque concurrente, super pluribus requisitis, quæ de super desiderantur, ut licite alienatio fiat.